quod, ut observat Veth in *Suppl.* p. 78 (quia omnes Codd. sic scribunt), ille reverâ scripsisse videtur. Recte vero Ibn-Al-Athīr pro مدينة habet ناحية. Alterum porro errorem ibi As-Sojūtī commisit, de suo addens: بلت وناحية بخراسان. Sic enim scribens, حَوْران cum حَوْزان confudit, ad quam voc. vid. Noster. — H. l., Auctor l. 9 loquitur de ازرعات وزُرع, quae oppida bene sunt distinguenda. Hoc, a Josepho, Ant. XIII, 15, 4 appellatur *Zaqā*, cujus incolae in inscript. ap. Gesen. ad Burckh. p. 501 dicuntur *Zoqaουηνοί*; ut ap. Nostrum, sic ap. Abū'l-Fed. p. ٣٥٩ in v. صرخد hic locus vocatur زُرْع, ap. Ibn Bat. I, p. 254 زُرَعَة; situs est a septentrione illius, et in Mappâ Robinsoni, appositâ Libro ipsius *N. B. F.*, exstat sub nomine *Edhra* (*Zoroa*). Illud vero ibi scriptum, » *Edrei* (Adraha)", i. e. ازرعات (de quo vid. supra, et *Add.* I, p. 69 et seq.), est Veterum אֶדְרֶעִי, *Ἀδραά*, s. *Ἀδρά* et *Ἀρᾶ*, (vid. Reland *Pal.* p 547). Seetzen*um* et Burckhardt*um* secutus, utrumque locum bene distinxit Gesenius in notis ad l. l. Seetzen enim de زرع (I, p. 112-117) disserens, id nuncupat *Ossráa*, alterum (I, p. 363 et seq.) *Draá*; Burckh. nostrum زرع scribit p. 119, ازرا pro ازرعات, contra p. 385 الدرعة. Male ergo apud Ibn Bat. l. l. in ed. Paris. » Zor'ah (Adhra'ât)." De his urbibus etiam exposuit Wetzst. in *Reisebericht* p. 77, et de Etymologiâ nominis حوران, p. 92. — De pago حُور عين vid. in Sect. عين, non confundendo cum seq. حَوْر.

P. ٣٣٨ l. 10. De utrâque حَوْرة vid. Al-Mošt. in v. et p. 17. De 1° loco item Lobbo'l-Lob. in v., ubi definitur: حَوْرة بالرَّقَّة. De حورة وادى القَبَلِيَّة, Zam. p. ١٣٤ l. 5 (ubi l. وحَوْرة; vid. in notis l. 5 et p. ١٧٣), et fortasse p. ١٩٣, l. 4 coll. n. *a*. Al-Bekrī in v.: حَوْرة موضع فى ديار بنى مُرّة قد حدّدته فى رسم رَضْوَى وفيه قتل هاشمُ بن حَرْمَلَة المُرّىّ معونةَ بن عمرو السُّلمى ولمة (l. وليّة) موضع هناك فيه قبر معونة الخ. De هاشم بن حرملة vid. Ibn Dor. p. ١٧٩, 13-15, et Caussin *Essai* II, p. 499, 557-561, ubi etiam de Mo'āwia ben Amr, et de *primo* et *secundo* die Haurae fit sermo.

Intelliguntur مرة بن عوف, coll. Wüstenf. *Reg.*, p. 296. De utroque viro ap. Al-Bekrīum loquitur etiam idem in v. المحجر (infra III, p. ٥٣ n. 4). — De حَوْرَى praeter Al-Mošt. in v. حورة et p. 17, etiam agit Lobbo'l-Lob. in v. الحورى. — Al-Bekrī in v.: حَوْرِيت موضع بالجزيرة. De حَوْرَان, oppido inter Damasc. et Palmyram, Arabice حُوران appellato, Assem. *Bibl. Or.* II, in Diss. de Monophys. fol. *o* rect.; de ذَرْب الحَوْزات, non procul ab الحَدَث, Freyt. *Hist. Hamd.* in *Z. d. d. m. G.* XI, 188 n. 1, coll. p. 190 in not.

P. ٣٢٨ l. 13. De حَوْز بَرْزة vid. supra I, p. ١٣٩, 1, Al-Mošt. p. ٥٣, 2, et in ipsâ voce p. ١٣٨, ubi etiam de duobus reliquis, et de حوزة, fit sermo; porro Lobbo'l-Lob. in v. الحَوْرى, agens de 1° et 2° الحوز. Ibno'l-Athīr in *Suppl.* p. 78 affert: الحَوْزة بنواحى البصرة بينها وبين سوف الاهواز. De الحَوْزة Indiae provinciâ, Rein. *Mém. sur l'Inde*, p. 46. — Al-Bekrī in v.: حَوْساء موضع ذكره ابن دريد. Non plura de h. loco tradit Zam. p. ٣٩, 5.

P. ٣٣٩ l. 1. Quae Noster hîc animadvertit de notione et usu vocis الحَوْش, *locum* designantis *septo inclusum*, ac primum usitatae de *caulâ jumentorum* (quae etiam in Qām. traduntur), deinde de *paucis domibus muro circumdatis*, non tantum, quod ait, de *Al-Iraq* valent, ut ipse Bagdādе diu versans, fortasse ibid. observavit, sed etiam de *Syriâ* et *Aegypto*. Syriae v. c. tres pagos Damascenos v. Kremer (*Mittelsyr.*, p. 178) attulit, حُوش بُرْصة, حُوش الرِّيحانة et حُوش مَرّاتى. De حُوش الأَحْمَدى, in urbe Al-Qāhira egit Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 1, p. VIII, ubi etiam de notione vocis الحَوْش, s. الحُوش, multis exposuit. De حُوش عين propre مياشارفيين, vid. id. in *Hist. des Mong.* p. 362; de حَوْش باسعرابيين etiam Lobbo'l-Lob. in v. — L. 1 cum Fl. scr. اسفرابيين, ut in v., et l. 5, وادى pro واد (in v. حوصاء).

Al-Khiyârî, ut mihi tradidit Rodig., in Cod. Berol. pro حوصاء diserte: حوضى بالحاء المهملة والضاد المعجمة مقصور. — Nomen: حَوْصَلاء ج Qām. item sic memorat p. ١٢٢٥, 3.

P. ٣٣٩ l. 7. Fl. in v. حوصاء legit: بالضاد المعجمة والمدّ الخ; potius legam: بالضم والضاد المعجمة والمدّ (in Jāq. Ox. et Berol. بالضم معجمة والمد). L. 8 cum Fl. l., ut lin. antepenult., pro لطهمان, لطهمان. »Hoc enim (ut ait) nomen arabicum, illud non est; vid. Kâm. in them. طهم. Recte l. antepen. uterque Cod.« Sic etiam ii scribunt l. 7, et utroque loco Cod. Ox. hujus Libri, ac similiter Jaq. Oxon. et Petrop., ubi haec: وهناك اخرُ يقال له حوصاء الطم لهمان (l. لطهمان) بن عمرو بن سَلَمَة بن سَكَن بن قُرْط بن عَبْد بن ابى بكر بن كلاب وقيل الخ; et sic Jāq. Berol., ubi deinde pro الهصب exstat الحصب, in Jaq. Oxon. vero (ut ap. Nostr.) الهضب. — *Nomine* طَهْمان Poeta intelligitur, de quo sermo fit in v. سَهْوان (II, p. ٧٣, 5), et in v. الطهمانية (p. ٢١٨, 1, ubi in not. lin. 1ª locus exstat Qām., de quo loquitur Fl.). Illius Diwān*um* cum As-Sokkarī*i* commentario edidit Wright in *Opusc. Ar.* (1859) p. ٧٩ et seqq. Vixit Tahmān sub primis Omajjadis; vid. Dozy *Cat.* II, p. 38 et seq., et v. Hammer *Lit.-gesch.* II, p. 459-461. Hic ergo distinguatur a Poetà ابو حنطلة الطَّمْحان ربيعة بن عوف بن غنم الخ, qui etiam vocatur ابن سَرْوِيّ, de quo vid. Ibn Dor. p. ٣١٧, 9 et seqq. et n. *o*, At-Tibrīzī ad Ḥamās., p. ٥٥٨ l. 1 et seqq., Wustenf. *Reg.*, p. 441, Caussin *Essai* I, p. 330-333, et v. Hamm. *Lit.-gesch.* I, p. 444 et seqq., hujus nomen male scribens ابو الطهمان.

P. ٣٣٩ l. 9. Voce الحَوْض Arabes intelligunt piscinam *arte* paratam et *lapidibus* vulgo *munitam*. Differt ergo ab الرَّكِيّة, quâ voce designari solet aquarum collectio, quae a naturâ potius facta, ac longe ma-

joris ambitûs est, adeo ut nonnumquam cum بُحَيْرَة permutetur, et v. c. بحيرة العبوم etiam dicatur بركة العرن, et lacus Phialae, بركة الرام, cet. — De الحوض بالجند, vid. البخاري in الصحيح, ap. KREHL *Z. d. d. m. G.* IV, p. 20, et locos laudd. Al-Baiçāwī ejus item meminit ad Sūr. CVIII, 1. De omnibus locis, quae ab الحوض nomen habent, et a Nostro afferuntur, vid. item Al-Mošt. in v. Solum حوض حمار ibi omittitur, quod festinantius ego in n. 4 cum الحمّارة, Aegypti loco (dum حوض حمار in Arabiâ situm est) confudi, ut bene observavit FL. Proverbium, quod Noster spectat, legitur in H. A. SCHULT. *Meid. Prov.* p. 147, et in FREYT. *Arab. Prov.* I, p. 335 n. ١٨٧ (أَجْهَلُ من حمارٍ), ubi aliud etiam affertur (أَكْفَرُ من حمارٍ), et Ḥimār iste vocatur (in Indice III, 2, p. 273) حمار بن مُوَيْلِك, aut حـ بن مُوَيْلِع. De حوض الحمام بمصر, Al-Bay. I, ٢٥٧, 9; de حوض زرام, infra in v. زرام; de حوض عمرو, a quo Al-Medīnae nomen habet, عمرو بن الزُّبَيْر, Ibn Qot. p. ١١٣, 6 et seqq. De حوض سوى الغطّاش prope داود vid. in v., qui locus, ut Al-Mošt. docet, nomen accepit a ابن المَهْدِيّ بن المنصور داود, quem tamen non memorat in Al-Mahdii biographiâ Ibn Qot., neque As-Sojūtī in تاريخ الخلفاء ed. LEES et ABD-AL-HAQQ, p. ٣٧٩ et seqq., neque etiam Abu'l-Maḥ., sive in illius biogr. I, ٢٥١ et seq., sive alibi. De حَبْلانة, quae الحوض Bagdādis effodit, et suum ipsi nomen dedit, vid. Al-Mošt. h. l. Erat حَبْرمانة, s. praefecturâ palatii ornata, de quo munere vid. QUATREMÈRE loco in n. 5 laud. De حَوْض البصرة loquitur etiam Lobbo'l-Lob. in v.; de حَوْض الثَّعْلَب conf. Al-Bekrī in v., ubi revocat ad v. سَعَفات هَجَر, quem locum supra tradidi in *Add.* ad ذو يلمان (I, 379). Ex 7 locis Aegyptiacis, quae ab الحَوْض nomen habent, 4 exstant item in Cat. Saeyano; nempe duo

loca in prov. الشرقية: الارعمائة ح" (p. 611 N. 184), et العَزال ح", quod, ut jam observavit Wustenf. in Al-Mošt., p. 17, ibi (p. 611 N. 183) nuncupatur العَزالى, et in not. ad Al-Mošt. p. ١٣٩, العَزْلان; deinde in prov. البحيرة: الخَمّارة ح" (p. 660 N. 40), et المَرّة ح" (p. 661 N. 103); الكُنْسة ح" (فى الغربية) fortasse latet in uno trium locorum, nomine الكنسة, p. 634, N. 75 et 76, et p. 644 N. 330. Non memorantur ibid. نَعْلَب فى الشرقية ح", neque الشَّقاف ح" (فى الغربية), sed contra in Cat. Sac. afferuntur inter loca الشرقية alia quinque: 1) الأَمْلَس ح", 2) البُرُوك فى اراضى طُمْبُول ح", 3) الخوص الجديد, 4) الخوص المنصورى ح" (p. 604, N. 39-42), et نَجيح ح" (p. 611 N. 185); deinde بالغربية العرب بالدقيلة ح" (p. 625 N. 84); praeterea البَصال ح", s. البصل ح" (بالغربية, p. 637 N. 169); duo loca بالبُحَيْرة: البَهُودى ح" (p. 661 N. 39), et الثَّعْرة ح" (p. 663 N. 104, et quatuor بالبحيرة; alterum الخَصّال ح" (p. 674 N. 91), الدَّعى ح" (ibid. N. 92), et duo السَّنْطة ح", alterum البَحْرى s. septentr., alterum القبلى, meridion. (p. 675 N. 93 et 94). His porro addantur الخَوْصان فى حايط عَوْف بمكة, de quibus vidd. *Add.* ad الخَاجُون (II, 167); الخوص prope تُنَيْكَة, in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 531; العيادى ح", a meridie Hebronis occidentem versus, *Z. d. d. m. G.* XI, p. 54; عِزّ المُلْك بالعاصرة ح", Abū'l-Maḥ. II, ٣٩٣ l. 1, et Al-Maqr. ed. Būl. I, p. ٣٣٨, 7 a f.; جامع الاقمر ح", Abū'l-Maḥ. II, p. ٣١٢ l. 1; زياد بن عُبَيْد s. ح" زياد بن ابى سفيان (بالمدينة), *Add.* II, 192 l. 1; et الخَوْص بالاندلس, suburbium Almeriae, Al-Idrīsī II, p. 44.

P. ٣٠٩ l. 4 a f. De حَوْضَى vid. in v. البدى, مسجد التقوى,

et وشيج, et Zam. p. ۴۹, 5. De Tribu طهمان بن عمرو vid. ad v. حوضاء (*Add.* II, p. 277). L. 3 a f. in v. والى, cum Fl. dele و. Al-Bekrī in v.: حَوْضَى — موضع فى ديار بنى قُشَير او بنى جَعْدَة الخ. De Tribu Qošar ben Ṭamīm et Ḥafida ben Amr, vid. Wustenf. *Reg.*, p. 140 et 195. Hîc scribitur *Hafída*. — De حَوْط vid. Lobbo'l-Lob. in v. الحوضى et *Suppl.*, p. 78.

P. ۳۳۰. in v. الحوف l. 2 cum Fl. l. pro وهو, وهما, scil. حوف مصر; l. 3 pro الغربىّ, غربىّ; et l. 6 pro متحلافان, متحلافان. De حَوْف عُمان operae pretium est, ut inspiciatur As-Sojūtii disputatio in v. الحوضى, quâcum conf. Veth in *Suppl.* p. 78. Ibi Soj. negat id existere. Primum afferuntur verba Al-Bokārii, quae Jāq. item hîc inseruit, الحوف esse من عُمان; quibus subjungit ناحية ولت بل هى كبيرة الخ. Porro sic pergit: وجرم به بادوت — وغيره, de quibus verbis vid. Veth l. l. in *Suppl.* p. 170 sub fin.; vertatur جرم به, *ab ejus parte stat Jāqūt*, coll. Dozy *Rech.* I, p. 378 l. 12, et 380 n. 2. Quo tamen jure Soj. negaverit, locum حوف in 'Omān reperiri, non indicavit. Perperam eum id negasse Veth l. l. p. 78 contendit, non vero argumentis probavit. Hoc tamen sumendum esse, sequi videtur ex verbo, quo de حَوْف عُمان fit sermo. Dum Al-Ḥauf Aegyptiacum *tractus* vocatur, Al-Ḥauf in 'Omān, ut موضع describitur, ut ap. Zam. p. ۴۹, 1, et plenius in Al-Mošt. in v.: موضع بناحية عُمان. Qām. deinde in v. (p. ۱۱۴۹, 10) (والحوف) بعُمان وناحية تُجَاه بُلَيْمَس. — De Al-Ḥauf *Aegyptiaco* vid. supra in v. اشليم (*Add.* I, p. 116), in v. بحطط, جَوْسَق (I, p. ۲۷۴, 11), دير بحنس (I, ۴۴۲, 4 a f.), Al-Bekrī (verbo tantum) in v., Abū'l-Fed. p. ۱۰۴, 17 et 18, ad quem locum in primis vid. Rein. ad vers. p. 141 n. 5, et Uylenbroek Diss. *de Ibn Hauk.* cet., p. 40, ubi locum etiam *Arab.* tradidit, quocum conf. Quatrem. *Hist. des Sult. Maml.* II, 2, p. 207 in not. l. 3 a f. Ea regio, quia Nili brachiis includitur, ab Abū'l-

Mah. I, p. ٥٥٢ l. 11, vocatur جزيرة الكحوف, et quia praeter الكحوف الشرقى et الكحوف الغربى, etiam in Aeg. est حوف رَمْسيس, de quo etiam conf. Noster, Abū'l-Mah. I, ٥٢٣, 12, et ٥٥٠ l. 5 a f., eam ob causam loquitur de الأَحْواف. De الكحوف الشرقيّ, et 9 ejus urbibus, vid. item Al-Ja'qūbī in Cod. Muchl. fol. 68 r. l. 11. De iis regionibus, ob crebros incolarum tumultus famosis, multis egit Quatrem. *Rech. sur l'Ég.* p. 179 et seqq., etiam de Sacy *Rel. de l'Eg.* p. 396-398, et 572, coll. 155 et 706, Hamak. ad غموج مصر, p. 102, Wustenf. *Macr. Gesch. d. Copt.* p. 55, Weil *Gesch. d. Ch.* II, 243, et de Tribubus Arabum in الكحوف الشرقى habitantibus, Al-Maqrīzī in *al-Macrizi's Abhandl. uber die in Aeg. eingewanderten arab. Stamme* p. 39, 3 a f. et seqq., et 81 et seqq. — De جوف مُراد (s. حوف) et جوف همدان (s. حوف) etiam vid. Al-Mošt. in v. حوف, et Noster in v. بيبا et جوف, et *Add.* ad h. l. II, 118 et 119, et infra in v. رَوْذان, ubi in n. 9 afferuntur verba Al-Bekrīi, ubi de الكحوف ومآرب fit sermo. Memoratu dignum, nostrum الكحوف Aegyptiacum saepissime etiam in Codd. scribi الكجوف, neque adeo *per errorem*, sed, ut de Sacy l. l. p. 398, et Wustenf. l. l., suspicantur, *deditâ operâ*, quia sic loca *plana* et *depressa* spectabantur, quae quia iis in tractibus frequentia sunt, ansam dederint, ut temporis lapsu usus nominis الكجوف pro الكحوف inter vulgum etiam invalesceret. De الكحوف الشرقى vid. Nost. praeterea in v. الدَّعْتَمُون, ac de nostro loco de Sacy *Rel. de l'Ég.* p. 573, 706 et 707.

P. ٣٣٠ l. 7. Qām. in v. (p. ١٤٣٣, 11) scribit: وذو حَوْلانَ ع بالبمن. Sec. Abū'l-Fed. in textu impresso p. ١٩٩, 10 hîc etiam memorandum esset cast. Hispaniae, ibi dictum قلعة حَوْلانَ. Ibi vero Codd. lectio discrepat, dum etiam scribitur nomen cum خ, quae lectio sane verisimilior est, quia ét pagus Damasc. infra p. ٣٧٥ in v. حَوْلان memoratus, sine dubio, ét regio Jem., de quâ ibid. etiam sermo est, ac sic etiam cast. Hisp., nomen habent a Tribu Jemanensi notissimâ خولان بن عمرو, de quâ vid.

Wustenf. *Reg.* p. 132. Jure ergo hanc pronunciationem etiam praetulit Rfin. in vers. p. 236 et in n. 2. — De الحُولانيّة, ditione maris *Merōm*, vid. *Z. d. d. m. G.* V, p. 489, et VIII, p. 482, n. 3 et infra dicta de الحولة.

P. ٣٣. l. 8. De حَوْلايَا vid. in v. بتّا, et Zam. p. ٣٧, 1; de الحُولة in tractibus Emessae, v. Kremer *Mittelsyr.*, p. 227; de utroque tractu hujus nominis, Vullers I, p. 630*b*; de الحولة a sept. maris Tiberiadis, Hanel in *Z. d. d. m. G.* II, p. 428, Ann. ad Seetzen IV, p. 67 et seq., 156 et seq., 165, in primis Robinson *Pal.*, praesertim III, p. 568-72, 885 et seqq., 932, 935 et seq., *Z. d. d. m. G.* VII, 259, et *N. B. F.* p. 9, 474, 513 et seq., 516-19, ac de pago حُولة prope Tibnīn, ibid. p. 74.

P. ٣٣. l. 14 pro لكّام cum V. (ut Fl. significat) l. آكام (*colles*) De حَوْماتة الدَّرّاج vid. infra in v. الغُمّة; Zam. p. ٤٩, 6: الحَوْمان موضع. Al-Bekrī in v.: حَوْمانُ وحَوْمَانَةُ — قال ابن دريد الحومان موضع فى طريق اليمامة من البصرة — بشعر زهير حوماتة الدَّرّاج وفى شعر ذى الرُّمّة حوماتة الرِّزّ والحوماتة القطعة الغليظة من الارض اضيفت الى هذين الموضعين — قال ابو سعيد ويروى الدُّرّاج بضم الدال الخ. De الرِّزّ vid. infra in v., et de حزن بنى اسد, Al-Bekrī in v. حَوْمَل paulo infra. — De حُومَس, palatio Carthaginis Afric., Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 497 (63). Sic ibi legit Quatrem. In ed. vero Slan. p. ٤٤ l. 2 exstat حومش, et sic fere (nempe فُومَس) exhibet الاستبصار ", p. ١٣, 5, ad quem locum vid. v. Kremer *Vortrag*, p. 9.

P. ٣٣. l. 17. De حَوْمَل loquitur Zam. p. ٤٩ in f., 'Imro'l-Qais et Tarafa in Mo'allaqāt; ille v. 1, hic v. 35 (vid. ed. Arn. p. ٢, 9 et 10, et ٤٨, 4, coll. *Add.* infra ad v. الدخول). Al-Bekrī in v.: حَوْمَل — على وزن فَوْعَل وذكر سيبويه فوعلًا فى الصفات ولم يذكره

فى الاسماء وحومل اسم رمله نُرْكُبُ الْقُفّ وهى باطراف الشقيق وناحية البحرين لبنى يربوع وبنى اسد الخ. De أمّرة et monte أسود العين vidd. in *Add.* ad has voces (II, 109, 168 et 560). Al-Bekrī in v.: بَاذٌ الخ — الحُوْمُ; et deinde: حَوْمَى — بلدة كثيرة الجنّ الخ. De حومة يرد, urbe in regione Fāris, Abū'l-Fed. p. ٣٣٣, 5.

P. ٣٣١ l. 2 in v. خُوَيْدان pro باليمان, cum Codd. (ut Fl. monet) l. يمان, i. e. يَمَان, idem quidem atque باليمن significans, sed, quia Codd. sic scribunt, servandum. De جبل الحُوَيْرِب, *Ararat minore*, Abū'l-Fed. p. ٧٣, 12 (Rein. p. 95), et *Add.* supra II, 142; de جَوّ الحُوَيْرِب, Al-Mošt. p. ١١٣ in f.; de الحُوَيْزة, in v. البحلة; de نهر الحويزة, Al-Qazw. II, p. ٣٣., Ibn Bat. ed. Par. II, p. 93 (ubi scribitur الحُوَيْراء); et IV, 312 (coll. IV, 461), Krehl *Num. Mus. Dresd.*, p. 77, Defrémery *Mém.s d'Hist. Or.* I, p. 143 et seq. De Mendaitis ibi degentibus, Chwolsohn *die Ssabier* I, 279. Fallitur As-Sojūtī in Lobbo'l-Lob. praeter nostram الحويزة, aliam hujus nominis urbem in Kūzistāne sumens; vid. Veth in *Suppl.*, p. 79. De دُبَيْس بن عَفيف vidd. *Add.* II, 240, et de دبيس بن مَزْيَد, ibid. I, 316, et II, 239. L. 4 pro حلة الجامعين cum Fl. sec. Codd. l. حلة بالجامعين, i. e. » exstruxit Hillam eo loco, ubi Al-'Gāmi'ain sita erat, juxta eam; conf. p. ٣١٥, 5, ubi per illud وكانت تسمّى الجامعين id innuitur, quod etiam Abū'l-Feda *Ann. Musl.* III, p. 364, l. 1 et 2, monet, urbem illo loco jam fuisse antequam Seifeddaula cum asseclis suis ibi consideret eamque augeret et ornaret." — In v. حَوِيل Al-Bekrī monet hunc esse موضع et revocat ad v. حبحب; quâ de re vidd. supra dicta in *Add.* de v. حُوَيْل (II, 125).

P. ٣٣١ l. 10. De البحيراء vid. Al-Bekrī, haec tradens: ضُوَيْعة

جزيرة الحيّات ببحر الخزر De .معروفة في ديار ربيعة الخ
Al-Qazw. I, p. ١٣٨, 8 et seqq. De حيار بني القعقاع vid. Abū'l-Fed. p. ٣٣٢, 14 et seqq., et Zam. p. ٤٩, 4 et 5, ibi loquens de حيار ماء, quo nomine Al-Bekrī locum etiam describit in v. البَدِيّة (supra in *Add.* I, p. 281), et in v. رامُوسة. De h. l. الحيار vid. etiam v. Kremer *Beitr. z. Geogr. d. Nordl. Syr.*, p. 14, et de Sacy *Chr. Ar.* III, p. 70; de الحيار, قرية بالبحرين, supra in v. حواريين (p. ٣٢٧, 2); de يوم الحَيَارَيْن loquitur Ḥarīt in Mo'allaqa v. 82, ed. Vullers I, p. ١٢ coll. p. 5, et ed. Arn. p. ١٨٩ l. 6. De حياض اليامونة prope Mekkam, Al-Azraqī ٤١., 5 et 4 a f.; de الحياطة, sede Tribûs Kolaib ben Rabīa ben al-Ḥārit, Ibn Badr. p. ١٠٥ in f., et de eâ Tribu, Wustenf. *Reg.*, p. 268 et 269, — de الحيالة, Wādi inter Mekkam et Janbo'am, Zam. p. ١٩٧ in f.

P. ٣٣١ l. 13 in v. الحَيَّانة scripsi حُرْس, putans hîc fortasse intelligi unum duorum montium supra p. ٣٩٩, 8 allatorum. Fl. legit حَرِس »quod (ut ait) est adjectivum a verb. حَرِسَ, fut. A, Infin. حَرَسٌ, i. q. خَشُنَ in universum, *asper fuit*, quo lexicon Freytagianum augendum est. Mons asper autem, جَبَلٌ حَرِسٌ, est *mons densa et aspera sylva consitus*, ut nunc حُرْس, pl. حُرُوس et أَحْرَاس *sylvam* significat; v. Dict. franç.-arabe par Ell. Bocthor s. v. *Bois* et *Forêt*." De pago الحَيَّانة vid. Robins. *N. B. F.* p. 588.

P. ٣٣١ l. 14 in v. حِيَاوَة, pro ديار مشارف, ut etiam Oxon. habet, Cant. vero مشاف زيار, Fl. reponit مشارق ذمار. »Conjecturam meam (inquit) confirmat I, p. ٣٩. l. penult., ubi etiam مشارق leg., et sic habet Jāq. Petropol. — مشارق autem sunt partes orientales, i. e. aut ab eo loco, cujus genitivus sequitur, ad orientem sitae, aut ejus ipsius partes maxime ad orientem vergentes. Vid. etiam I, p. ٤٩٨, 8·

Omne de hac re dubium tollit locus I, p. ٤٩١, 14, ubi مشارق conjunctum est cum شمال, جنوب et مغارب. Conf. etiam قرى مشرق جهران I, p. ٥٠٧, 8, et II, p. ٢٤٤, 2)."

P. ٣٣١ l. 2 a f. pro بكسر in v. الحيدَيْن, ut in Codd., l. بالكسر. De حَيْدُون, pago Ḥaçramautae, vid. infra in v. حَجَران. — De حَيْدَان, urbe Jeman., Rutgers in Ind. p. 211; de حَيْدَر آباد, Indiae regno, Quatrem. *N. et E.* XIII, 169. Vullers I, 632^b de duabus hujus nominis in Indiâ urbibus loquitur, simul exponens ibid. de حَيْدَر (i. e. *leo*), 'Alii cognomine. De حَيْبَر الزَّجَّالى, v. Hamm. *Liter.-gesch.* VI, 187, ubi describitur ut *locus amoenus* (Lustort) ad portam Judaeorum, et in ipsius *Ar. Geogr. v. Spanien* p. 37, ut *suburbium* ante eam portam. De جبل حيدران باقربعية, Al-Bay. I, ٣٠٢, 6, et ٣٠٤, 4 a f.

P. ٣٣٢ l. 2. De سَلْمِيَة (sic lege) et المُؤتَفِكَة, in v. حِمْيَرٌ, vid. in vocc. L. 3 in v. الحيرتان pro العادة, ut in Cant. Oxon. Leyd. et Vindob. legitur, Fl. reponendum esse putat الغلبة, i. q. التغلبب, de quâ figurâ vidd. ejus dicta supra in *Add.* ad p. ١١ l. 8 (I, p. 14).

P. ٣٣٢ l. 4. Sic Qam. in v. p. ٥٠٨ l. 11 et 12: وحَبَرَةُ كَكَتِفَة بِجَبَل نَطَاع. Pro نطاع, quod nomen Noster etiam in v. memorat, non vero ut *montem*, neque ut *locum Hodail*itarum, idem h. l. scribit سطاع, qui, ut in v. traditur, in carminibus *Hodail*itarum affertur ut *locus*, et ut *mons* describitur. Quia autem *Hodail*itae plures montes possidebant, primum scripsi ل, quae in Codd. non exstat, insertâ, جبل لهذيل, sed vid. I, p. ٣٧٨ n. 9. Tota enim regio Hodail*itarum* montana hîc intelligitur, ut etiam Fl. ad h. l. observat, quem confer ad p. ٢٨٣, 9.

P. ٣٣٢ l. 6. De الحيرة البيضاء, s. Al-Ḥīra antiquâ prope Al-Kūfam, Syris ܚܝܪܬܐ et ܚܝܪܐ (Assem. *Bibl. Or.* II, Diss. de Monophys. fol. *n*, 4 rect., et III, 2, p. dcclvi), vid. in v. الحَجَرَة et

نَهِر أَطّ, Al-Mošt. in v., Zam. p. ۴۹, 1-4, Ḥamza Ispah. ed. Gottw. p. ۹۹, 5 et seqq., l.۴, 6 a f. (in vers. p. 77 et 88), Ibn Hisch. p. ۱۴, 5, Al-Bekrî in l. mox laudando, Al-Qazw. II, p. ۱۳۴ et ۳۴., Abû'l-Fed. p. ۳۹۸ et seq., Caussin *Essai* II, 10 et seqq., Rein. *Aboulf.* I, p. cccLxxxii; de palatio الخَوَرْنَق l. 8, infra in v., Ḥamza l.l, 3 a f., et l.۴ sub fin, et de السَّدِير, s. *aggere*, ad maris Persici impetum olim cohibendum exstructo, infra in v. السجف, coll.[is] dictis de antiquâ ejus maris in his oris conditione, in *Add.* de بحر فارس (I, 267), et Al-Ja'qûbî in Cod. Muchl. fol. 52 r. l. 3 a f. — L. 9 pro والسُّدَّير, quod scripsi, cogitans *planitiem*, in v. infra, et in Al-Mošt. in v. descriptam, cum Fl. l. والسَّدِير, »quod (ut ait) ipsa consonantia finalis, Abulf. *Anteisl.* p. 124 l. 2, jubet. Etiam interpres turcicus Kâmûsi idem docet, Fairûzâbâdium autem hoc nomen omisisse et tantum سُدَّير, nomen planitiei inter Baçram et Cûfam, posuisse animadvertit." De hoc palatio السَّدِير, condito ab An-No'mâno I, filio 'Imro'l-Qaisi, praeter carmen Adii ben Zaid, quod supra spectat Fl., et de quo loco ibi etiam vid. p. 227, et quod legitur item ap. Al-Qazw. l. l. II, p. ۳۴۱, conf. etiam carmen Poetae الاسود (1) بن يَعْفُر النَّهْشَلي, allatum ab البغدادي in شرح اشعار الاشراف, in *Chr. Ar.* Kosegart. p. 61 l. 3 a f., Ḥamza p. l.l, 3 a f. (in vers. p. 79), et Caussin *Essai* II, 55. De castellis prope Al-Ḥîram, Koseg. in Ann. ad *Annales Tab.* III, p. 153. Porro النعمان l 10, est An-No'mân V[us], Ibn Al-Mondir IV[i], qua is prae ceteris hujus nominis regibus in primis celebratus est, et de *Patribus* ejus hic fit mentio, quare antiquior vix intelligi potest. — De حيرة a خفرة II° devastatâ, Wetzst. *Reisebr. üb. Haur.* p. 127.

(1) Sive, ut scribitur in Al-Mošt. p. ۴۹, 5, et ۳۴۴ l. pen. (ubi idem versus, qui ab Al-Beqâ'io affertur de السَّدِير), الاسود بن يَعْفُر. De eo vid. v. Hammer *Lit.-gesch.* I, p. 119-122.

Praeter hanc urbem الحيرة, Al-Mošt. in v. affert: 1) الحيرة الحيرة بلدة قريبة من عانة 2) قرية بارض فارس, 3) الحيرة محلة بنيسابور. Postremam Lobbo'l-Lob. nuncupat بلد. Hunc locum etiam Al-Bekrī affert in v.: الحيرة بالعراق معروفة وحيرة مثلها قرية من قرى نيسابور — قال الهمدانى سار تُبَّع فى كرب (ابو كَرِب l.) فى غزوته الثانية فلما اتى موضع الحيرة خلّف هناك مالك بن فهم بن غَنَم بن دَوْس على انقاله وتخلّف معه مَنْ ثقُل من اصحابه فى نحو اثنى عشر الفًا وقال تحيّروا هذا الموضع فسمّى الموضع الحيرة فمالكٌ اول ملوك الحيرة وابوهم وكانوا يملكون ما بين الحيرة الى انبار وهيت ونواحيها وعين التّمْر واطراف البَوارىّ الغُمَيْر والغُطْغُطانة وخَفِيّة وكان مكان الحيرة من اطيب البلاد وارقّه هَوَاء واخفّه ماء واعزّه تُربةً واصفاه جَوًّا قد بعالى عن عُمْق الأرْياف وانتصع عن حَزُونة الغايط واتصل بالمزارع والجنّات والمَناجِرُ العظامُ لانها كانت من ظهر البرّيّة على مرفأ سفن البحر من الصين والهند وغيرهما — ونهر الحيرة مدغون من الفرات الى النجف. Addit deinde Al-Bekrī: بنو الحيرىّ معروف منسوب الى رجل من اهل الحيرة وقد كانوا ينسبون الى الحيرة حارىّ يقلبون الياء الفًا كما قالوا فى طيّئ طائىّ. De Tobbā Abū Karib As'ad (أَسْعَد s. نُبَّع الأَوْسَط), vid. Abū'l-Fed. *Hist. anteisl.* p. 116, 3 a f., et Caussin *Essai* I, p. 90 et 91, ac de priore ejusdem expeditione, Al-Bekrī in v. جُرَش, et supra in *Add.*, II, 53; de Mālik ben Fahm, Caussin I, p. 214 et seq., et II, 7, 14 et 15. Notio deinde verbi حار mediâ ى, in II (in *L. G.* h. l.) et V (in loco Al-Bekrīi) *commorandi* sensu, addatur Lexicis, etiam vox اخفّ, quam sumsi sensu *amoenus*, quo occurrit

ap. Aribum in Al-Bay. II, p. ٣٢٥, l. 5, ad quem locum vid. Dozy in Gloss. p. 19, idemque in *Catal.* I, p. 242, l. 10 et n. 1, ubi legitur خَف *gratus, acceptus* est c. عـلـى pers. Locis denique, quae olim Al-Hīrae nomen gerebant, addatur *Irath*, oppidum Mauretaniae Caesariensis, de quo vid. H. A. Hamaker in *Misc. Phoen.*, p. 256.

P. ٣٣٣ l. 13. Pro مخبر in v. حبران (quod interpretabar *praestans*, proprie *praestans habitus*) cum Fl. l. »شجر, *arboribus abundans*, i. q. ap. Abulf. Geogr. p. ٢٨٢ l. 2, ubi de hac urbe loquitur كثير الاشجار. Conf. Moscht. p. ١٩٥ l. 4 ab inf.", ubi etiam شجير exstat. De حبران vid. supra in v. دبار بكر, infra in *Add.* ad I, p. ٤٣٣, 3 et seqq., Al-Qazw. II, p. ٣٤١, Al-Bākowī *N. et E.* II, p. 48, Freyt. *Z. d. d. m. G.* X, p. 437, et Defrémery *Mém.s d'Hist. Or.* I, p. 61. Pro أسعرن l. 14, quod posui, quia ita plerumque scribitur, Fl. Codicum أسعرت retinet, de quâ scriptione vidd. *Add.* ad I, p. ٥٩, 13, et ٣٣٣, 5. De الشاغبلوط vidd. *Add.* ad I, p. ٩٧, (I, 114), et de البندق (*Nux avellana*) Freyt. *Lexic.* in v., et Fl. ad Seetz. IV, 458.

P. ٣٣٣ l. 3 a f. De حَبْس vid. in v. خَوبية et السلامة, Al-Azraqī ٤٢٧, 13 (بحَبْس وهو بحراء), et Johanns. in *Ind.* p. 276, ac de Idolo حَبْس, Osiander *Z. d. d. m. G.* VII, p. 499. — De حَبْشات, pago in montibus Tjariticis, Layard *Niniveh* I, 111; de حبس الحرّة tractu montano Gaulanitidis, Seetzen I, 128, 130, 359, a quo fortasse non differt locus, quem v. Kremer *Mittelsyr.* p. 180 affert ut sylvam, in viâ Damasci Tiberiadem versus, et حَبْش nuncupat; de جبل حَبْش; Rob. *Pal.* III, 609, 612, 614, et *N. B. F.*, p. 521 et 525. De حبص vid. in v. خبش, et in v. السراة. Pro الشراة in f., l. السراة; vid. infra I, p. ٣٧٨ n. 5, et sic etiam Zam. p. ٤١ l. 7, ubi pro حبص, ut infra ibid. in n. *c*, l. حبص.

P. ٣٣٣ l. 1. De حَيْطُوب vidd. *Add.* ad I, p. ٣٠٩, 4 (II, 220). Non plura quam Noster, habet Zam. p. ٣٧, 1. Al-Bekrī in v.: حَيْطُوبٌ موضع ذكره ابن دريد ولم يحدده ☆. — De حَيْفا s. حَيْفة *loco* Palaestinensi, (Gr. Ἡφά, in scriptis Med. Aevi *Sycaminum*), vid. Al-Bekrī in Geogr. Afric. sept. edit. Slan. p. ٨٩, 8, (scrib. حيفى), Al-Maqrīzī in Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 8, Seetz. II, 95, 132, 135, et Ann. IV, 277, Robins. *Pal.* II, 264, III, p. 426, 429, 431 et seq., 435, 476, 714, 732, 791, *N. B. F.* p. 129 et seq., et J. P. N. Land *de carmine Jacobi*, p. 61. De حيفة حصن loquitur item Lobbo'l-Lob. in v., et conf. *Suppl.*, p. 79. — De الحَيْف, vid. Al-Bekrī in v. جَيْرُون, ubi nomen scribit بضم الحاء وتشديد الياء, et hoc nomine instruitur أرض ذات العماد منهل اهل عدن, a latere Qām. in v. (p. ١٣٩٣, 11): والحَيْف واد باليمن.

P. ٣٣٣ l. 5. A pago حَيْلان aquaeductus aquam dulcem Halebum ducebat, ubi aqua erat salsa; vid. Ibno's-Sihna in Hist. Haleb. ap. v. Kremer *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai, p. 240. De حَيْلان tractu Jemanensi loqui videtur Al-Ja'qūbī in Cod. Mucul. fol. 57 v. l. 5 (In Cod. حملان). Ad v. حَيْل, ut observat Fl., pro معنى l. بمعنى, s. بعنى. De حَيْلة vid. Al-Bekrī in v. ذَرْوة infra in *Add.* ad h. l. — Qām. de الحَيْمة iisdem verbis in v. loquitur. — De حيمى vid. in v. ديار بكر, et supra in v. حانى, ad quem locum etiam conff. *Add.* I, 147. — De نهر الحَيْمون prope Amādijam, Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 1, p. 166.

P. ٣٣٣ l. 10. Pro بلعظه in v. حَيَّة cum Fl. scr. بِلَفْظه, i. e., ut addit: »eâ nominis حَيَّة pronuntiatione quam ibi habet, ubi *reptile* significat (vid. supra p. ٢٨١, 9). Quatenus حَيَّة hîc non المسمّى significat sed ipsum اسم est, genus habet masculinum." De حَيَّة vid. in v. شواحط, et, ubi sermo est de وادى حيّة, in v. عُيَيْدان. Al-Bekrī

in v. شَوط أَحْمَر (loco, e regione terrarum Tajjensium) verba affert Poëtae: غهل انا مانى بين شُوط وحَيَّة (الطويل), adeoque confirmat verba Nostri: من جبال طيى. — De الحَيّ من وادى الرُّوَيْثة, vid. Nost. in v. بيثة et *Add.* I, 441, et de الحَيّ, fonte prope وادى حَبْران, in Peninsulâ Sinaiticâ, Lepsius *Br. a. Aeg.*, p. 325.

P. ٣٣٣ l. 14. De خابَران vidd. *Add.* ad ازجاه (I, 91), deinde in v. باذن الجَبَل, خَرْو الرَّطّ et مِيثَنة, et Abū'l-Fed. p. ٢٢٢. De الخابور (Veterum *Chaboras*), vid. Nost. et Al-Mosṭ. in v. حزة et راس عيس, et Al-Mosṭ. etiam in v. الخابور, Al-Bekrī in v., et in v. راس العين, Abu'l-Fed. p. ٥٣ (Rein. p. 66) et p. ٢٧٩ in v. راس عين, Ibn Ǧob. p. ٢٤٥, 3 et seqq., Ibn Kallik. N. ٧١٢ sub fin., Assem. *Bibl. Or.* II in Diss. de Monophys. fol. *m*, vers. in v. سُمَيْسَاط, *Z. d. d. m. G.* V, 472, et Ritter (*Erdk.* XI, p. 268-273) de dictis Al-Iṣṭakrī (text. Ar. Möll. p. 41 l. 4 et seqq., Mordtm. p. 46 et 47), ubi etiam, ut infra in vocc., vid. de urbibus hîc memoratis. Id tantum observetur, pro عَاربان, ut Noster hîc scripsit, et Al-Mosṭ. in v. الخابور, infra in v. scribi عَرَبَان. — De خابور الحَسَنِيّة loquitur Lobbo'l-Lob. et Qām. in v., et vidd. *Add.* ad I, p. ٣٩٣, 15, 16 in v. دجلة, et Vullers p. 633^b, praeterea memorans: »خابور ut cognomen oppidi in Mesopotamia *M.* (i. e. Meninsk.) ex Schult.", ubi fortasse idem spectatur locus, quem Noster et Qām. afferunt in v. praeced., خابوراء. De الحسنية vid. supra in v. Male Zam. p. ٥٣, 5 priorem fluvium nuncupat نهر بالشام pro باليجرية. De لغة الخابُوتَاى, sermone, quo utebantur Socii Dynastiae, quae in Assyriâ principatum tenebat, vid. Chwols. *die altbabyl. Liter.* p. 104.

P. ٣٣٤ l. 1 pro الروزان, L. et V. habent الحوران, sed vid. infra in v. الزوران. — De الخابورية, Ewald *de exped. Mesop.* p. xvi; de شِعْب الخاتم بمكة, Al-Azraqī ٢٩٥, 6; de خاتون Vullers l. l. I,

p. 634a sub fin.: خاتون كتّاب *met.* Mecca *B.* in app.; خاتون عرب *met.* a) Caaba; b) Fatimah." De الخاتونيّة البرّانية, et الخاتونيّة الجوّانيّة, duabus Scholis Damascenis, *Z. d. d. m. G.* VIII, 362; de الخاتونيّة, 1) Coenobio Dam., ibid. p. 365, et Sacello sepulcrali Dam., l. l. p. 370; de خاجو, urbe Sinensi, Abū'l-Fed. p. ٣٤٩ et seq.; de lacu خاجه in Arrachosiâ, Rein, *Mém. sur l'Inde*, p. 174; de خاجبين, castello Armeniae (quod nomen in Codd. etiam scribitur خاجيين et خاحبين), *Khatchen*, in montibus *Artsakh*, a meridie loci *Guendjeh* occidentem versus, *I. A.* 1849 Nov.-Dec. p. 504.

P. ٣٣٤ l 3. De روضة خاخ vid. in v. ذو المشهّر, Al-Bekrī in v. خاخ et البقيع, Al-Most. p. ٢١٨, 3 et 4, Ibn Hisch. II, 186 l. 6 et p. 200 l. 11, et Al-Fāsī p. ١٣٧, 9; de خاخَسَر, Lobbo'l-Lob. in v., ubi خاخْسَر scribitur; de خاذر Irāqensi, de Slane *Le Diwan d'Amro'l-kais*, in *vie d'Amro'l-kais*, p. 5 n. 1. — De خار, Vullers I, p. 634b, et Lobbo'l-Lob. in v., qui Liber etiam conf. de خاربان, ubi tamen vocalis in ر non notatur; de خارجة infra in v. مَرْخ (III, p. ٧٧), de pago Arabiae; de pago 'Ifrīqijae, Lobbo'l-Lob. in v.

P. ٣٣٤ l. 9. De خارزنج vid. Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.* p. 80, et de urbe بُشْت supra in v.; de خارِف Ibn Hisch. I, ٩٩٣, 5 a f. et seqq. et II, 213, 2 a f. Al-Bekrī in v.: ☆ خارف — مخلاف من مخاليف اليمن لهمدان; de خارفان vid. supra in v. الامن et *Add.* ad h. l. I, 9; de خارك, in v. جنّابة, Al-Qazw. I, p. ١١٥, Abū'l-Fed. p. ٢٧٢ et seq., Rein. *Mém. sur l'Inde* p. 226. Vullers I, p. 537a: »خارك, nom. insulae in sinu Persico, et generis dactyli, quod copiose ibi reperitur *S. H. L.*" Al-Bekrī in v.: خارك — موضع بين ساحل خارس وبرابط فيه (l. بين ساحل فارس وراس هرّ وبرابط فيه) مذكور فى رسم راس هر وفى حديث عمر انّ أذينة العبدى قال له حاجبت

راس هرّ .In v ; ubi eadem traduntur, post حاجات scribitur: من راس هرّ وخارك, et his seqq. adduntur: قال ابو عبيد القاسم هما من ساحل فارس برابط فيهما الخ. De اذينة الشاعر vid. Ibn Dor. p. ١٠٩, 13 et ٢.. l. ult. et seq.; de محمد بن الحَنَفيّة, Alii filio, sic dicto a matre Kaula, oriundà ex Tribu Hanīfa, Ibn Qot. p. ١١١, 10-13, Abū'l-Mah. I, p. ٢٢٤, 1 et seqq., Herbelot in v. *Moh. ben Hanefiah*, et Weil *Gesch. d. Ch.* I, p. 371, 372 et 387-389. Male Qām. Calc. in v.: وخارَك (l. وخارُك) كهاجَر حزيرة ببحر فارس.

P. ٣٣٤ l. 16. De fluvio الخازر (Ap. Veteres *Bumadus*, in Zābum exundans prope locum proelii Arbelensis, ab Alex. Magno commissi) vidd. voces hìc laudd., et in v. جازر et *Add.* II, 7, Ibn Badr. p. ١٨٩, 9, *Z. d. d. m. G.* IV, 112, et X, p. 523. — Al-Bekrī in v.: خازر نهر بناحية الموصل معروف وعليه النفى ابرهيم بن ملك الاشتر وعبيد الله بن زياد فقتله ابرهيمُ وقال ابو الحسن الاخفش فيما فسّره من الكتاب الكامل خازر هى خازر المدائن وجازر بالجيم هو نهر الموصل. Spectatur proelium a°. 67 commissum, de quo vid. Abū'l-Mah. I, p. ١٩٨, 9 et seqq., et Weil. *Gesch. d. Ch.* I, p. 380; deinde commentarius significatur Grammatici, Abū'l-Hasan*is* Alī ben Solaimān Al-Akfas, + 315 (927), in كامل فى اللغة, auctore Al-Mobarrad (+ 285, s. 898), de quo vid. H. K. V, p. 28 N. 9744; de الاخفش, i. e. الاخفس الصغير, Abū'l-Mah. II, p. ٢٣١ l. 6 a f. et n. 4.

P. ٣٣٥ l. 2. De خاشت, oppido in ditione Balk*ensi*, vid. Abū'l-Fed. p. ٢٩٣ in v. انذراب, et Lobbo'l-Lob. in v. — A seq. خاشت Noster خاشْت distinguit, hoc بليدة, illud قرية nuncupans, utrumque tamen in ditione Balk*ensi* ponens; sed idem locus designari videtur, qui (ut videmus ex voce خاشت) etiam appellatur خَوْشْت, et ut infra in v. (secundum sollennem Persarum س cum س in Arabicis nominibus permutationem) خَوْسْت, aut (ut ex v. خَوْسْت novimus) خَشْت. De nominibus خَوْسْت et خَشْت

loquitur item Abū'l-Fed. p. ٣٥٢ et seq. N. ١٣, ubi verba 'Ibno'l-Atīri afferuntur, qui diserte affirmat, non dubium esse, quin خاسْت et خاشْت sint eadem. Vid. item *Suppl.* ad Lobbo'l-Lob. p. 80, ubi formam خَسْت in خاست mutandam esse docetur. Sed sine causâ! Apud Nostrum خاست item affertur, tum in v. خراسان (p. ٣٤٤, 5), tum in v. خَوْسْت, ne dicam, idem nomen recurrere p. ٣٥٢ in ipsâ v. خَسْت, ubi tamen alius locus describitur, tractus nempe provinciae فارس, prope mare. De الخاسَة, Gente Habessinicâ, Abū'l-Fed. p. ١٥٣ l. penult. (Rein. p. 210). Apud Al-Maqrīzī ed. Būl. p. ١٩٧, l. 14 a f., (coll. Quatrem. *Mém.s sur l'Ég.* II, p. 155), sic vocatur Tribus ex Gente البجة, Islāmum amplectens, et habitans in insulâ سَواكِن. — Vullers I, p. 638*b*: »خاش, nom. loci in regione ءراه *B.*"

P. ٣٣٥ l. 6. De خاص, quae vox in Jāq. Berol. deest, haec habet Jāq. Oxon.: خاص مال ابن اسحق وكان وادبا خيبر وَوَادى السُّرَيْر وخاص وهما اللذان قُسمت عليهما خيبرُ ووادى (l. وادى) الكتيبة الذى خرج فى حمز الله ورسوله وذوى القُرْبى وغيرهم ☆. Pro وادنا et السرير Jāq. Petrop. male ارابيا et السدير; conf. nempe infra in v. السُّرَيْر. Pro ووادى, quod etiam in J. P. exstat, l. وادى. Pro علهما J. P. male عليهما. Per الكتيب, ut in hoc Codice, sine dubio intelligitur nomen, quod infra scribitur كَتِيبة; vid. in v. كتيبة, ubi de كتيبة حمز in tractu Kaibarensī est sermo, quod cast. a Wadio nostro nomen videtur accepisse. Pro حمز recte J. P. خمس, i. e. خُمْس. De وادى السُّرَيْر et وادى خاص, vid. Ibn Hisch. I, ٧٧٣, 4 et seqq., et de وادى الكتيبة, ٧٧٥, 7 et seqq. — De خاص, pago Kowārezmiae, qui in notâ 1 memoratur, nullam alibi mentionem vidi. — De خاصوا, loco Siciliae, Al-Idrīsī in Amari *Bibl. Sic.*

p. ٣٧, 11 (Jaub. II, 93); de حاثومان, loco 3 horas ab urbe Halebi distante, et 9 a سرمين, Seetzen I, 29; de جبل حاثوني vidd. *Add.* II, 146, et Abu'l-Fed. p. ١٥١ in f., et ١٩٣ in v. عزّة (Rein. p. 206 et 232); illud nomen Codex Ibn Sa'idi scribit حاثوني (vid. p. ١٥١ in n. et p. ١٩٢ n. 9). Vullers I, p. 641b medià: »حثى سعا *met.* terra loci Karbalà *Bh.*", et p. 645a in v. خاكسى: »4) cognomen tribus cujusdam *B.*" Pro خاكسارآن, ut Noster l. 8, Al-Ja'qūbī in Cod. Muchl. fol. 33 r. l. 4 a f. scribit جاكاسم.

P. ٣٣٥ l. 9. De خابور, الخابورية et حابور, vid. Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.* p. 81, et de الخابورية etiam Freyt. in *Z. d. d. m. G.* X, p. 466. — De الخانوص l. 12 conf. in v. باب الشام, البردان, بلشكر, الحجعربية, نامرا, دير سمالوا, Al-Mošt. in v. خالصة. Cum Fl. l. 13 pro محدّث l. مُحْدَث (serius ortum), coll. supra ad p. ٣٨, 5; — l. 14 pro الحمارات l. الحنّارة, coll. dictis ad p. ١٩, 16 et 17 (*Add.* I, p. 347).

P. ٣٣٥ l. 14. De utrâque الخالصة vid. Al-Mošt. in v., et de urbe Siciliae, Ibn Hauq. in Amari *Bibl. Sic.* p. ٥, 3 et seqq., Jāq. ibid. p. ١١١, Šamso'd-dīn Ad-Dimisqī ibid. p. ١٢٢, 6 et seqq, tradens hunc locum a. 325 esse conditum, quâ de re vid. ibid. Ibno'l-Atīr, ibid. p. ٢٥٥ et seq., porro conf. An-Nowairī, ibid. p. ٢٢٢, 3 et seqq., Ibn Kald. ibid. p. ٢٧٨, 4 a f., Ibn Abī-Dīnār, ibid. p. ٥٣٢, 6 a f. — Ut tradit Al-Idrīsī (ibid. p. ٣٨, 9 et ٣٩, 3 et seqq., Jaub. II, p. 76 et seqq.) بَلَرْم bipartita erat, in الخالصة, et العصر. — L. ult. ap. Nostr., ut Fl. monet, pro على البحر, l. على نَحْرِ البحر (vidd. *Add.* supra I, p. 64), et p. ٣٣٩ l. 1 post بَلَرْم, cum Fl. et Amario (l. l. p. ١٢٩, 1 et n. 1), adde وبَلَرْم, ut habet Oxon., et ipse Jāq. in *Bibl. Sic.* p. ١١١ l. ult. De شعب سقاية خالصه بمنى, Al-Azraqī ٢١٢, 3 a f.

P. ٣٣٦ l. 1. De *duobus* locis dictis الخال, de loco ذات الخال et de خاله, vid. Al-Most. in v. et p. 17; ibi tamen pro اليمامة male scribitur اليمن. Intelligi enim videtur per شقّ vallis, quae Jemāmam in duas partes dividit, de quibus vid. infra ad v. اليمامة. De primo loco vid. Zam. p. ٥٥, 3 et 4, et supra in v. حفين (ut pro حفيز legendum), ubi de بطن الخال fit sermo. Al-Bekrī in v.: الخالُ فال ابن حبيب خالٌ ببلاد غطفان وهو الذى اختلف عنده أُسَدٌ وغطفان فال وخالٌ ادصا أُكَيْمَةُ صغيرةٌ الخ. Idem locus memoratur apud eumdem in v. دُرْنَى, ubi haec: فال الاصمعى كانت دُرْنَى بابًا من ابواب فارس دون الكبيرة وفال غيره دُرْنَى بالبمامة الخ. Ac jam sequitur carmen Al-Aʿšae, ubi درنى et بطن الخال memorantur, unde igitur lectio اليمامة confirmatur. Cum his etiam conferantur Nostri dicta in v. دُرْنَا, et *Add.* ad الخابيل ad I, p. ٣٦٥ l. 3. — De خال (*Chal*), regione Kurdistanis, loquitur *Layard Niniveh* I, p. 116. — De خالة Al-Bekrī vid. in v., et in v. سَوِى, coll. *Add.* infra ad الذُّنابة. — De loco ذو خالى, vid. 'Imro'l-Qais in *Diwāno* ed. Slan. p. ٢. l. 5, coll. p. 33 l. 11 et 73 in not. ad v. ٤. — Pro عكنة l. 5 in v. خامر cum Fl. l. عَكّ, ut exhibet uterque Codex. » Nomen intelligitur (inquit) tribûs عكّ بن عدنان; v. Ibn Koteiba p. ٣. l. ult. et Lubb-el-lubâb, p. 181 s. v. العكى, et dicta ad p. ٧٧, 10."

P. ٣٣٦ l. 5. De الكسوة in v. خان أُمّ حكيم vid. infra in v.; de خان ابى الشكر prope وَنَسْرِين, Ibn Ǧob. p. ٢٥٥, 9 a f.; de خان ابى عبد الله ابن جَرْدَة ببغداد, Al-Most. in v. الخان, ubi praeterea mentio fit de الخان موضع من نواحى بلخ, dum Noster infra p. ٣٣٧, l de altero خان باصبهان loquitur. — De خان أَسْعد باشا Damasci, v. Kremer *Topogr. v. Dam.* I, 51, et II, p. 5 et 6. De

conditione locorum, quae in oriente vulgo dicuntur خان, s. خانقاه, i. e. locis *hospitii*, in Aeg. vero وكالة, vid. v. Kremer *Topogr. v. Dam.* I, p. 30, et Wetzstein *Z. d. d. m. G.* XI, 499 et seqq.; de *coenobiis*, item خانقاه s. خانكاه dictis, et in urbe Miçr et Al-Qâhira conditis, Al-Maqrîzî in الخطط II, p. ٣١٢ et seqq. — De خان بالق (*Peking*), Abû'l-Fed. p. ٣٩٧, ٥٠٣, ٥٠٩, Lee *the trav. of Ibn Bat.* p. 197 et not. ad h. l., et p. 207; ed. Paris. I, p. 79, coll. p. 432, et IV, 221, 254, 295 et seqq., Assem. *Bibl. Or.* III, 2, p. dccxxxvii, Arn. *Chr. Ar.* p. 109, 17 et 114, 12; de خان البرازين بمكة, Qotb. ٣٣٦, 7; de خان الدجار prope Thaborem, Seetzen II, 149 (ubi *Ain el-Tidschâr*), Rob. *Pal.* III, 450 et seq., 460 et seq. 480, et seq., 572 et seq.; de خان التركمان prope نمنى in viâ, quae Al-Madînam ducit, Ibn Ǵob. p. ٢٥٩, 4 et 5; de خان حاصبيا, planitie Libani, Blau in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 487; de الخانجاه praeter Nostrum, etiam vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de خانجو, portu Sinensi, Abû'l-Fed. p. ٣٩٣ et seq.; de خان حفيق Damasci, v. Kremer *Topogr. v. Dam.* II, 5; de خان الحديد prope العقر, Ibn Bat. ed. Paris. II, p. 133; de خان الحريص et خ الخماصنه, utroque Damasci, v. Kremer l. l. II, p. 8 et 5; de خان الخوص, ruderibus aedificii ab oriente Hierosol, Seetz. II, 273 et 294, et IV, 365; de خان خلدة, *Heldua* Medii aevi, non procul ab urbe Bairût, Robins. *N. B. F.* p. 23, 42 et 43; de خان الدرنسا, in Aeg. superiore, Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 2, p. 91; de خان دنون, Fl. ad Seetz. IV, 15; de خانديس, Dekan*is* provinciâ, Vullers I, p. 649*a*; de خان الزبت et خ الزبت, Damasci, v. Kremer l. l. II, p. 6 et 5; de خانزى s. جانزى, nomine provinciae Sinensis *Khansi*, Quatrem. *Hist. des Mong.* p. xci et seq.

P. ٣٣٩ l. 7. De خانسار vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de خان السلطان (prope النَّبْك, qui est pagus in viâ Ḥimçâ Damascum), condito a Çalāḥo'd-dīno, Ibn Ǧob. p. ٣١١, 3 et 4; de خان سليمان باشا, Damasci, v. Kremer l. l. II, p. 5; de خان العَمُود, خ ّ العُمُرق et خ ّ الصَّوّاف, ibid., ap. eumd. l. l. II, p. 6 et 9. — De الخانقان, Al-Bekrī: على لفظ تثنية خانق موضع مذكور فى رسم الرَّجَا وفى رسم الذهاب ۞. L. 10 pro وفَنّاه cum Fl. (coll. p. ١٥٩, 5, et infra in v.) l. وعَمّاه. De خَانْغُو, s. خانغو (Cambalū, s. Pekin), etiam dictâ خان بالغ, Ibn Bat. ed. Par. IV, 295, Abū'l-Fed. p. ٣٩٣ et seq. — Al-Mas'ūdī in اخبار الزمان (v. Kremer *Sitz.-ber.* 1850 Apr.-Mai p. 207) primariam eam nuncupat urbem, mercaturâ florentem.

P. ٣٣٩ l. 11. Lobbo'l-Lob. in v.: الخانقاه رباط للصُّوفيّة. Contendebant Karramitae, de quibus Noster (l. 12) loquitur, Deum esse substantiam, et in throno sedere, ut docet Qāmūs. Sectae conditor erat ابو عبد الله محمد بن كَرّام, a quo nomen habebant, qui prodiit medio seculo tertio in urbe Naisābūr. De eo, ejus Libro *de poenis sepulcri*, et de ipsius placitis, vid. As-Šahrastānī, eos annumerans Sectis dictis الصفاتيّة, ed. Curet. I, p. ٣, 7, 10 et 13, ٩٥, 5 a f., in primis p. ٧٩, 4 a f. et seqq., et Haarbruck. I, p. 6, 98, 119 et seqq., et II, p. 378, 403 et seq. L. 12 pro بالبيت l. cum Fl. ببيت, coll. *Add.* I, 423. Vox مُتَعَبَّد, *locus conventûs, ubi cultus publicus agitur*, addatur Lexicis. — De خَانَقَاه conf. Qām. in v. خنق (p. ١٣٩٩, 4 a f.), et Al-Mošt. in v., ubi duo pagi hujus nominis afferuntur, alter inter Ǧorgān et Asfarā'in, alter prope الفاريابى. Tertium, locum Aegypti prope Heliopolin in finibus deserti, addit Brugsch *Reiseber.* p. 51. De الخانقاه البَيْبَرْسيّة بدمشق, Ibn Bat. I, p. 256; de خانقاه سَعيد السُّعَدَاء ibid., Ibn Bat. l. l. I, p. 256; de الخانقاه الشَّميعانيّة, ibid. *I. B.* I, p. 210, et de خانقاه سرباقوس بمصر, Qotb. ٢٠٧, 7.

P. ٣٣٦ l. 12. De urbe خانقين vid. in v. جوخاء, et de *utroque* loco hujus nominis, Al-Mošt. in v., et Abū'l-Fed. p. ٣٠٦ et seq. — Al-Bekrī in v.: خانقُون — على وزن فاعلُون موضع فى بلاد فارس وهو طَسُّوج من طساسيج حلوان — وقال كراع سمّى خانقين لانّ عَدِيًّا حُنِفُ فيه قال وهو على لفظ الجمع ومثله ماكسين وهى قرية على شاطى الفرات وعايدين (l. عابدين) وهو واد وناعمس (l. وناعتين) ومارديس وفارقين وقبل (l. وقبيل) الخانق مضيقٌ فى الوادى وقيل شعبٌ ضيّقٌ فى اعلى الجبل وبه سمّى خانقون ۞. Qui in superioribus memoratur, كُراع, etiam affertur ap. Al-Bekr. in v. دارة شجى (vidd. *Add.* ad h. l.), دارة رفرف (*Add.* ibid.), دارة مكمن (*Add.* in v.), et in v. السَّكْب (II, p. ٣٩ n. 6, ubi, coll. Lobbo'l-Lob. in v., sic leg.). — *Adīj*, de quo h. l. sermo fit, est عَدِيّ بن زيد العبّادى, Poeta, quem Rex An-No'mān ben Mondir in carcere strangulavit; vid. Qām. in v. خنف, p. ١٣٩٩, 10 (utramque formam afferens خانقين et خانقون), Ibn Dor. p. ١٣٣, 16-18, Caussin *Essai* II, p. 149 et seq., et v. Hammer *Lit.-gesch.* II, p. 179 et seqq., perperam eum nuncupans *Ada*. De وادى عابدين et ناعتين vid. infra in vocc. — De خان كركر, loco Aderbaigānis, vid. Abū'l-Fed. p. ٤٠١ in v. مرند; de خان الكُماش Damasci, v. Kremer *Topogr. v. Dam.* II, 10.

P. ٣٣٦ l. 17. De خانُ لَنْجَان vid. Al-Mošt. in v. الخان, unde novimus, hunc locum situm esse in regione لَنْجان, in ditione Içbahānensi, ejusque caput esse. De eo vid. item Nost. infra in v. بارخان, Abū'l-Fed. p. ٤١٠, 5 a f. et seqq., et Uylenbr. in Diss. *de Ibn Hauk.*, p. 5 l 10, qui, memorans verba Ibn Ḥauqal's, scribit خان الابجان. De الخان المرادية بدمشق, v. Kremer *Topogr. v. Dam.* II, p. 5 et 9; de خان مردويه s. مندونة (?), prope الدورق, Abū'l-Fed. p. ٣١٣ n. 1;

de خان مسرور بالغاطره, Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 2, p. 107; de خان مَيْسَلُون prope Damasc., Quatrem. l. l. II, 2, p. 92, et Robins. *Z. d. d. m. G.* VII, p. 69, et *N. B. F.* p. 572 et 637, scribens ميثلون.

P. ٣٣٦ l. 2 a f. Qui ibi in v. خان وَرْدان memoratur, وردان, Dux Al-Mançuri, distinguatur a وردان مولى عمرو بن العاص, de quo vid. Ibn Qot. p. ١٤٧, 3, Abū'l-Maḥ. I, p. ٢١ in f. et seq., ٢٧, 2, et ١٥., 1, et Noster in v. سوق وردان. De خَانُوتَا, loco in tractu ارسف, Al-Maqr. in Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 15. — De الخانوقة vid. infra in v. الخَصِيف, et Lobbo'l-Lob. in v. Vullers I, p. 650^b sub fin.: »خانهء كعبه, Caaba, Templum Meccanum, Spieg. Chr. 66, 7"; et p. 651^b in f.: »خانهء آباد, domus culta, i. e. Caaba, Gl. in Des." — de خانبيجار, urbe Episcopali Assyriae, Assemman *Bibl. Or.* III, 2, p. dccxxxvii; de خان يونس, cast. parvo in primâ statione viae Gazâ Aegyptum versus, An-Nābolosî *Sitz.-ber.* 1850 Dec. p. 823.

P. ٣٣٧ l. 4. Pro بكو in v. خاوَر, ut in V., cum Fl. l. بكورة. De hoc loco vid. Rein. ad Abū'l-Fed. II, p. 180 n. 3. De خاوَران vid. Lobbo'l-Lob. in v., Al-Qazw. II, p. ٢٤١; Vullers I, p. 654^b: »خاوَران nom. regionis cujusdam in prov. Khoràsân, in quâ poeta Anvari (انورى) natus est *B.*, antea nomine خاورى notus." — De خاوَس vid. Lobbo'l-Lob. in v. Pro اوله apud Nostr., ut in Codd. exstat, cum Fl. l. الواو, ut res requirit. — De خاوص, Lobbo'l-Lob. in v. الخاوسى tradit, باد فوق سمرقند; de hac urbe etiam vid. Abū'l-Fed. p. ٢٥٨, 4 et seqq., pronuncians خاوُص. Nominibus خاوس et خاوص idem locus designari videtur. Nihil enim frequentius, quam literarum س et ص permutatio. Situs etiam eorum locorum vix differt. Sic denique explicatur omissio nominis خاوص apud Nostrum, et nominis خاوس ap. Abū'l-Fed.

P. ٣٣٧ l. 6. Pro الخايعان et الخايعان, accuratius, sec. Qām., ut

observat Fl., scribitur الخائع, et الخائعان, et, quod Wüst. item monet, pro نابع, lege, ut idem Lexicographus docet, نائع. Qām. nempe in v. الجوع (p. ١.١١, 12): وخائعٌ ونائعٌ جَبَلَانِ مُتَقَابِلَانِ, quibuscum conf. infr. in v. النائع, ibique n. 6. — De الخائعان vid. Al-Bekrī et Qām., qui eadem tradunt, quae Noster. Pro يَلْيَل modo, ut in Qām., l. يَلْيَلْ, ut Fl. observat, praeterea emendans غَيْبَةٌ (quod etiam scribit Qām.) in غَيْفَةٌ; de his vid. infra in vocc.

P. ٣٣٧ l. 13. De الخبار vid. in v. فيعاء; de خَبْءٌ conf. Noster in locis in hac voce laudatis; Al-Bekrī in v.: الخَبُوُّ بضم اوله وتشديد الواو على وزن فَعُول وادٍ الى جنب قُبَا الخ. De eo vid. item in v. شَعْر, ubi haec: قال الخليل هو جبل باعلى الحمى لبنى كلاب وقيل لبنى سُلَيم — وقالت عَمْرَة بنت مِرْدَاس (البسيط) كانَ مُلْقَى المَساحى من سَنابِكِها بين الخَبُوِّ الى شَعْرٍ اذا رَكِبُوا. Ibi ergo videtur intelligi alter locus, quem Nost. in v. خبء affert. De Poëtriâ *'Amra bint Mirdās* vid. v. Hammer *Lit.-gesch.* I, p. 558.

P. ٣٣٧ l. 4 a f. De ذو جِبْلَة in v. خبائر, vid. supra in v. De خباش Qām. in v. (p. ٨٢٧, 5): وكسَحَابٍ نَخْلٌ لبنى بَشْكُرَ باليمامة. De خَبَّان vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de وادى خُبَّان in terrâ Jem., Qotb. p. ٣٦٤, 10 et seqq., et de pago Jem. خُبَّان, Johanns. in Ind. p. 263, ac de الاسود العَنْسى الكذّاب (de quo conf. n. 1 p. ٣٣٨, ubi l. مُسَيْلِمَة), Al-Qazw. II, p. ٩. et seq., Caussin *Essai* II, p. 401, in primis III, 311-13, 315-17, 390 et 396, Weil *Gesch. d. Chal.* I, p. 10-12. — Sic Al-Bekrī in v.: خَبْءَان بفتح اوله واسكان ثانيه على بناء فَعْلان ارض باسفل نجران من ديار مُراد اليها ينسب كهف خَبْءَان وهو الكهف الذى مات فيه مُرَقِّش الاكبر ☆ — De

المرقش, s. عمرو بن سعد بن مالك (s. عمر, vid. supra in v. أُنايف et *Add.* I, p. 61 et 127, et infra v. زِجّ, Al-Mošt. p. ۴۱, 12 et ۹., 2, At-Tibrīzī ad Ḥamās. p. ۴۹, 6 et seqq., et Caussin *Essai* II, p. 337 et 339, et de مرقش الاصغر, ibid. II, p. 340, 341, 343; de utroque etiam conf. v. Hammfr *Liter.-gesch.* I, p. 265-270. Uterque vivebat ante Islāmum, tempore belli Al-Basūs (البسوس). — De خَبَب, pago in regione اللجاء, Seetz. I, p. 43, 44, 47, 288, Wetzstein in *Z. d. d. m. G.* XI, 495. Al-Bekrī in v.: خَبّ — موضع مذكور فى رسم رامة, in quâ voce tamen (in Cod. Leyd.) de eo loco non fit mentio.

P. ۳۳۸ l. 2. Utramque formam الخَبْث et الخَبْث sensu الخَدّاع (viri *fallaciâ famosi*) Freyt. non notavit in v. خبث. Accuratius quam Noster scripsit Zam. p. ۵۴, 1 et 2, ubi campus memoratur, الخَبْث dictus, inter Mekkam et Al-Medīnam. Hunc Noster deinde etiam attulit in v. خَبْث, et sic Jaq. item in Al-Mošt. in v., ubi plenius scribitur خبث الجميش, et de tribus reliquis locis fit sermo. Al-Bekrī in v.: خَبْث — بلد دون الجرير — وقال ابو سعيد الضرير خبث ماء لكنده — وبذلك انها فى ديار كلب لا لكنده قول بُرْج بن مُسْهِر — قال ابو حاتم وخبث دومة مكان آخر مذكور فى حرف الدال. De ابو سعيد الضرير vidd. supra *Add.* II, 49 et 149, et de Poëtâ برج بن مسهر, Ibn Dor. p. ۲۲۹, 6 et seqq. — De خبث conff. item *Add.* I, p. 163; et de خَبْث روضة, Al-Mošt. ۲۱۸, 5 et 6. L. 5 ap. Nostr. vitium typogr. البَزْواء, Fl. jure emendat in البَزّواء.

P. ۳۳۸ l. 6. Al-Bekrī etiam tantum: خُبْتَع — موضع ذكره ابن دريد. De بَقيع الخَبْخَبَة (l. 8) vid. in v. البقيع et *Add.* ad h. l. (I, p. 360), et de كتاب السُّنَن, ejusque auctore, *Abū Dāūd*, *Add.* ad p. ۱۹, 10 (I, 32). L. 9 cum Fl., ut in Codd., l. شاجرة pro شعرة. » Dicit enim (ut ait) Kâm. s. v. الخبخبة, hoc nomen significare spe-

ciem quamdam arborum agro Meccano peculiarem; atque etiam supra p. ١٩٩ l. antepen. et pen. est: والخباجبة شجر عرف به هذا الموضع. Pro نعرف l. يُعْرَفُ, aut فُعِرَفَ, scil. البقيع."

P. ٣٣٨ l. 10. Voci خَبْرَاء notio hîc tribuitur *aquae*, *quae ut stagnum*, suis finibus *retinetur*. In Qām. in v. p. ٥٠٩, l, vocatur مَنْقَعُ الماء في اصوله, i. e. اصول القاع, locus, ubi aqua restagnat in inferiore campi parte. Lexicis addatur notio hîc tribuenda VIII^ae^ Spec.^ei^ verbi حقن, *retentus est*, quae etiam infra in v. القَيُّوم (II, p. ٣٧٤, 13) recurrit, et a Dozy in Gloss. ad *Ibn Badr.* p. 69 (*être retenu*) explicatur. De العُرْف sensu *Dialecti vulgaris* (*Landessprache*) vid. Freyt. in v. — Pro العَذَق, Qām., ut observat Fl., habet العِذْق. Sec. Nostrum in v. (II, p. ٣٤٣) scribendum est العَذَق. De h. l. خبراء vid. item Zam. p. ٧٩, 8, ubi vocatur رَحْبَى. Deinde l. 12 pro اصائف, Fl. conjicit صائف, quia id in Qām. nomen est loci. Ac recte omnino. Idem enim locus a Nostro describitur in v. صايف (I, p. ١٣٥). De خَبْرَاء ماوّنة et خبراء البيسوعة, vid. Al-Bekrī supra in *Add.* ad p. ١٨٩, 15 (I, 430).

P. ٣٣٨ l. 12. De خَبَر, loco regionis Fāris, vid. Lobbo'l-Lob. in v., Nost. supra in v. اردشير خُرّه (I, p. ٤٤ in f.), et Al-Bekrī in v.: خَبَر — بلد بين شيراز وكُوار من فارس. Hoc oppidum Al-Bekrī etiam memorat in v. البحيرة, ubi tamen male (certe sic in Cod. Leyd.) id nuncupat خَبْرَة his verbis: خَبْرَة قرية من قرى شيراز بنسب اليها جماعة من العلماء الخ. — De خَبَر, oppido Kābulistānis, s. Segistānis, infra (II, p. ٤٩٩, 9), fit sermo, ubi exstat خَبْرين, sed cujus loco putat Fl., » coll. Jaubert *Edrisi* I, p. 183 l. 19, et lectione Codd. (حبره et جبيرة), legendum esse خَبَر."

P. ٣٣٨ l. 16 in v. خَبَرَة ad v. بنى Fl.: » An (inquit) mutandum

est in حمى?" Conjecturam egregiam confirmat Al-Bekrī in v. الرَّبَذة sic scribens: وروى الزُّهْرى انّ عمر حمى السرف والربذة ذكره البخارى وبسُرّة حمى الربذة الخَبِرة وهى من الربذة مهبّ الشمال وهى فى بلاد غطفان وانّ ادنى المياه من الربذة ماء لبنى ثعلبةَ بن سَعْد وأوّل اجبل حمى الربذة فى غربيّها رحرحانُ الخ; quibuscum conff. dicta Wüsr. *Reg.*, p. 450 in v. *Tha'laba ben Sa'd.* — De خَبْرِين vid. Lobbo'l-Lob. in v., et de الخَبَط, Zam. p. ٥٥, 5-7.

P. ٣٣٩ l. 4. Quomodo خبف pronunciandum sit, non indicavit Nost., neque etiam Qām. Ad l. 4 et 5 Fl. haec notavit ad verba خبف ونبق خبنك: »Ex vestigiis Codicum conjicio scribendum esse خبف وبنق, i. e. خبق وخنق; nam scripturam Kâmûsi per ك, Noster hîc non videtur habere. Si vero habet, ut p. ٣٧٣, 6, sine dubio scribendum خبنق وخنك." Legendum esse videtur: خبق ونبف خبنك, ita ut duo priora vocabula ad praecedentem vocem referantur (hoc sensu: *in tractu Kabīçae* [de quâ urbe vid. infra in v.], *ut ajunt*, *in tractibus Kermānis*, *sunt loca Kabq* [s. *Kibaq*] et *Nabiq*. De نبف vid. infra in v., et a seq. خَبَنْك nova vox incipiatur, de quâ vid. infra I, p. ٣٧٣, 6. Hanc divisionem commendat Cod. Leyd., ubi خبنك, *rubro*, خبق ونبق *nigro* atramento exarata sunt, ac lectionem خبق ونبق commendant Cod. Cantabr. (خبق ونبق), et Oxon. (خمف ونمف), ac prorsus confirmat Jāq. Oxon. ubi sic: خَبْقٌ قال الذهبى وذُكر خبيصٌ من نواحى كرمان ثم قال وفى ناحيتها خَبْق ونَبِق خَبَنْك الخ (l. ونَبق). Eadem habet Jāq. Petrop., ubi tamen multa sunt corrupta. In Jāq. Berol. خبق deëst. A نبق non differt, ut videtur, ببق, de quo infra vid. in v., unde ergo apparet, quam varie

istud nomen in Codd. olim scriptum sit. In notâ marg. voci خَبَنْكَنْ appositâ, pro لكنّ, cum Fl. scr. »لكن, i. e. لٰكِنْ, nam لٰكِنَّ sine اسم انّ, aut ضمير الشان ante verbum finitum locum non habet." De السُّبْكى praeterea cff. dicta in *Introd.* p. XI, et de latissimo sensu vocis الانساب, Veth in praef. ad Lobbo'l-Lob. p. VII et seq. — Al-Bekrī in v.: الخُبْنَةُ — موضع ذكره الخليل ☆. Locum item memorat Qām. in v. p. ١٧٣٤ l. penult.

P. ٣٣٩ l. 6. De خَبُوشان vid. infra in v. أُسْتُوَا, Abū'l-Fed. p. ٤٤٢, 8-11, Lobbo'l-Lob. in v., et Quatrem. *H. d. Mong.*, p. 182. — L. 8 pro خبه, cum Fl. l. خُبَّةٌ, ut Qām. in v. خبّ, et sic Al-Bekrī in v.: خُبَّة — من ارض كلب — وقال اخرون خُبَّة من ارض طيّ الخ. — L. 9 in v. الخَمِيءُ pro خُبَآتٌ cum Fl. et Wustenf. l., »خَبَّاتٌ, paradigma verbi finiti." De proelio inter Tribum Bakr ben Wā'il et Persas, ibi a. p. C. n. 611 commisso, vid. infra in v. دار, et *Add.* supra I, 67. De hoc loco vid. item infra in v. خَبِيّ, ad quem locum vidd. *Add.*, et de الخُبَّة, *Add.* supra I, 516.

P. ٣٣٩ l. 10. Pro priore حين in v. خُبَيْب Fl. legit حيث, et pro posteriore وحين, وسيل, vel potius, quia haec mera est repetitio, aut وسيل بمصر ejicienda, aut بمصر falsum esse putat. — Quae in textu exstant, sic etiam in Cod. Cantabr. et Oxon. leguntur. In his tamen est vitium, quod primum, mutando وحين in وعين tolli posse opinabar, sed alio modo explicandum esse deinde vidi. Idem enim vitium exstat etiam in Jāq. Oxon., ubi ab initio inde Articuli haec leguntur: خبب تصغير خُبَّة او خبّ وامّا خِبّة بالكسر فقال ابن شميل طريقة لينة منبات (l. منبتات) ليست بحزنة ولا سهلة وهو (وهى l.) الى السهولة ادنى وانكره ابو الرُّقَيش وقال الاصمعى الخبة طرائق

من رمل وسحاب (ومَسَاحِب l.) قال ابو عمرو الخَبّ بالفتح سهلٌ بين حَزْنَيْنِ تكون فيه الكمأة وانشد قول عدى بن زيد — وقيل ذلك وهو علمٌ لموضع بعينه وانشدوا (الطويل) اتجزع (أَتَجْزَعُ l.) ان أَطْلالُ حَنَّتْ وشاقها (وسَاقُها l.)، تُفَرِّقُنا يَوْمَ الخُبَيْبِ على ظهر» وقال نصر خُبَيْبٌ موضع بمصر قال كثير رواه ابو عمرو الخبيب (الخبيبت l.?) قال ابن السّكّيت هو تصحيف انما هو الخبيب بالباء الموحدة وهو اسفل سَيْل نبع (يَنْبُعَ l.) حين وَاجَهَ البحر وحين بمصر. Verba Kotaijiri Cl. Wright, cui omnia fere excerpta Jāqūti Oxon.[1] debeo, non addidit; haec Cl. Chwolson in suis Jāqūti Petrop.[1] excerptis tradidit: (الطويل) تحلل اجوز الخبيب كانها، قطا فارب اعداد حلوان ناهل. Ex excerptis Jāq.[1] Berol.[16], quae Doct. Noldeke mihi descripsit, omnia cum Jāq.° Petrop.° consentiunt. Ultima tantum ibi sic leguntur وهو (الخبيب) اسفل سيل ينبع حبين واجه البحر وحلوان بمصر, quae cum Jāq. Petrop. item conspirant, ubi etiam pro وحبين (ut in Jāq. Ox. et in nostro Libro legitur) exstat وحلوان. Ac recte. Jāqūt enim, allatis Kotaijiri verbis, Ibno's-Sikkiti, hos versus explicantis, verba addit, qui si scripserit وعين حلوان, causa est in promptu, quare in Cod. Oxon. istud وحبين ortum sit, quod sine dubio etiam exstitit in Codice, quem Auctor noster ob oculos habuit, et incogitate descripsit. — De خُبَيْبٌ loco et fonte Aegypti prope Aidāb, quem Noster in superioribus memorat, vid. Ibn Ǧob. p. ٦٦, 3, et Ibn Bat. ed. Paris. II, p. 253, coll. *Add.* II, p. 105. — De loco Arabiae loquitur Al-Bekrī, in v. الخُبَيْبِ, male revocans ad vocem غالبٌ — موضع بطريق مصر قال كثيّر (الطويل) فدع عنك سلمى اذ اتى النأيُ دونها، وحلّت باكناف البُوَيْبِ غالب. Potius conf. Al-Bekrī in v. البويب موضع هناك, de quo loco vidd. *Add.* ad hoc nomen (II, 82), ubi inter eum et nostrum locum, et Al-Medīna*m* esse dicuntur بَرِبْدَانِ.

P. ٣٣٩ l. 12. De خُبَيْبَت Al-Bekrī eadem quae Noster tradit, inter alia addens: والخُبَيْبَتُ على بريدين من المدينة. Vid. item Zam. p. ٥٥, 8 et 9. — L. penult. pro الخبيرات sine dubio leg. الخبيزات; sic Qām. in v. p. ٧٠٧, 4 a f., addens »ع", et Al-Bekrī in v.: الخَبِيزات بفتح اوله وكسر ثانيه بعده الياء اخت الواو وزاى المعجمة على لفظ جمع خَبِيزة موضع مذكور فى رسم الطنب ☆. Et de v. طُنْب, conf. infra II, p. ٣١١ n. 7, ubi pro حمرا, cum Fl. l. حَبْرَآء, et ad quem locum de نوادر ابن الاعرابى vid. H. K. VI, p. 387 l. 8, et de ابو موسى الحامض, *Add.* I, 32, et de utroque, II, 243, l. 5 et 6. Al-Bekrī iis, quae II, p. ٣١١ n. 7 exstant, haec porro addit: وانشد (الرجز) لبسَتْ من اللاتى تلهّى بالطُّنْبْ ولا الخبيزات معَ الشاء المُغْبْ ☆. Ex dictis Al-Bekrīi in v. طنب manifestum ergo, l. penult. ap. Nostrum (I, ٣٣٩) pro معاوية, legendum esse ماوِيّة, quae lectio etiam in L. latet, et de quâ vid. infra in v., et *Add.* ad I, p. ١٨٩, 15 (I, 278). Porro lin. ult. pro والخبراوات cum Fl. l. والخَبْرَاء, ut in V. significatur. Hoc nomine, ut docet Qām., significatur campus, qui arbores خَبِر (i. e. *loti* speciem) profert, et locus in inferiore ejus parte, ubi aqua restagnat; vid. supra in *Add.* ad p. ٣٣٨, 10 (coll. II, 269). Secundum Nostrum h. l. intelligitur terra depressa ac simul plana. De h. voce vid. supra in *Add.* I, 430, et infra in v. خَبِىّ, اللهابة, مَعْقِلة, نقائع, النقيعة, et Zam. in v. رَحْبَى, p. ٧٩, 8.

P. ٣٣٩ l. ult. De خَبِيص vid. praeter locos in n. 8 laudd., supra in v. بسق et خبق, Al-Qazw. II, p. ١٣٥, Abū'l-Fed. p. ٢٢٢, 4, Lobbo'l-Lob. in v., et Mordtmann in *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 27, ubi in Numis Pehleviticis vocatur *Kūbīç*. — De الخبيصية, Scholâ Damascenâ, *Z. d. d. m. G.* VIII, p. 358.

P. ٣٤. l. 3. De 4 locis hîc allatis vid. item Al-Mošt. in v. Pro الوالج ibi tantum exstat الولج, at nostra lectio in notâ *x* etiam memoratur, et infra in v. الوالجة. De 4to loco supra in v. خَبِيء sermo fit. Eadem loca etiam Qām. p. ١٨٧., 12, enumerat his verbis: وخَبِيٌّ كَغَنِيٍّ ع بين الكوفة والشام وع قرب ذى فار وخَبْراوان فى المُلْتَقَى ; collatis dictis h. l. l. 5 videmus, hunc locum الملتقى (i. e. aquarum *confluxus*) nomen esse proprium, quod tamen Noster infra transit.

P. ٣٤. l. 8. Qām. in v. (p. ١٧٩ l. 4 a f.): وخُتَّى بالضم ع بباب الابواب. In Jāq. Ox.¹ major Articuli pars omissa est, et in Petrop.° eadem quae in Libro nostro leguntur, ubi tantum, ut in Jāq. Berol.¹, post الدربند rectius inseritur وهو. — Al-Bekrī in v.: خُتَّا بضم اوله مقصور على وزن فُعْلَى جبل باليمن مذكور بالخبر فى رسم يُرَامس (l. بَرَاقِش) قال الهمدانى ولا اعلم على وزنه خُتَا الا ذُرَا وخُذَا موضعين باليمن ايضا قال وبخُتَا احد كُنُوز اليمن والثانى بابرم (l. بأَبْيَرِم) مدينة شَدّاد بن عاد والثالث بذَخْر والرابع بظَفَار والخامس بمارب والسادس بشبام والسابع بغُمْدان والثامن بالحجر من حضرموت قال وبعضهم يقول انّ اعظم كنوز حمير بذى رُعَيْن من بَيْنُون قال وخُتَا هو حصن القَرَاعِنَة ☆. Legendum esse براقش et ابرم, apparet ex vocibus et *Add.*, ubi etiam suo loco vid. de خُذَا, ذَخر (ut infra scribitur), بينون, cet. Pro بالحجر videtur leg. بالحُمْر, quod ap. Nostr. in v. ponitur باليمن. — Vullers I, p. 658ᵇ: »خَتَا nom. urbis in China *B.*" Potius scrib. خَطَا, quo nomine quid intelligatur, vid. in *Add.* ad h. v.

P. ٣٤. l. 9. Ubi in v. خَتّ de جبال عُمان sermo est, videtur intelligi جبل أَخْضَر, de quo montium jugo vid. Noel Desvergers *Arabie*, p. 26. Noster sic scribit, eam regionem dividens in partem *maritimam*

et *montanam*. Al-Bekrī tantum: خُتَّ — موضع معروف, nec plura addit ad v. حت (*Add.* II, 158), et Qām. in v. tantum »ج", ut Zam. p. ٥٣, 8. — De خُتَّرَب ابرق vid. supra in *Add.* I, 310. Al-Bekrī (cum Qām. خُتْرُب pronuncians, vid. n. 4) addit tantum ابن موضع ذكره دريد ☆. De خُتَّرَب loco Aegypti, DE SACY *Rel. de l'Ég.*, p. 679 N. 44.

P. ٣٤, l. 10. De خُتَّلان vid. Ibno'l-Atīr ed. TORNB. T. XI, p. ١٥٥, Al-Qazw. II, p. ٣٥٢, Abū'l-Fed. p. ٥٠٢ et seq. (memorans خُتَّلان, et خُتَّلان commendans), Lobbo'l-Lob. in v., scribens خَتَّلان بلاد وراء بلخ, quibus As-Sojūtī addit: خُتَّل كورة خلف جيحون. Ante sermo erat de الخُتَّل مدينة بطريق خراسان. Locum integrum As-Sam'ānī tradit VETH in *Suppl.* p. 82, ubi de variā hac scriptione disserit. De خَتَّلان بلاده عند سمرقند, loquitur Abū'l-Mah. I, ٧١١, 7. Haec Al-Bekrī in v.: خُتَّل — موضع فى اقاصى خراسان, et in v. جَبُّل: وخُتَّل — موضع اخر بخراسان كورة من كور الشاهس متصلة بكورة طُوس الخ (l. الشاهَنْبَر?). Inde orti esse videntur Arithmetici, quos Al-Firist affert, Abū'l-Façl Abdo'l-Hamīd ben Wasī' ben Tork, et ejus nepos, Abū Barza 'al-Façl ben Moh. ben Abdo'l-Hamīd, qui dicuntur in Codd. الختلى; lege الخُتَّلى; vid. de iis FLUGEL in *Z. d. d. m. G.* XIII, 632. Haec VULLERS I, p. 658^b: »خَتلان, nom. regionis in بدخشان, alias كولاب [كولان?; conff. *Add.* I, 500] dictae, formositate hominum et praestantia equorum celebris *B. Gl. Sch.*" De الخُتَّل vid. porro Nost. in ختلان, وَخّاب et وَخْش, Al-Ja'qūbī (scribens خُتُل) in Cod. MUCHL. fol. 41 r., Ibn Hauq. supra in *Add.* ad جيحون (II, 130, 2 a f., 131 in f., et 132 n. 5), unde simul apparet hîc l. 3 a f. pro هليك legendum esse هُلْبُك, et vid. Abū'l-Fed. p. ٤٩١ in v. هلاورد, et ٥٠٣ in v. الوخش, et REIN. *Mém. sur l'Inde*, p. 163. De Numis ipsius,

conf. Tornberg *Numi Cufici*, 112, 164, 169, cet. Locis modo laudatis inter se collatis, apparet خثلان esse *pagum* in viâ Korāsān*is* (de quâ dictione vid. ad v. طريق خراسان), etiam a nonnullis dictum خُتَّل et خُتَّل, hoc tamen potius est nomen *regionis* trans Oxum a septentrione montium jugi Hindūqūš, a Sinensibus *Khotolo*, et in *Mappis* vulgo *Khotl* dictae. — De خثم الهَوبة, colle Haurān*is* or. cum pago Troglodytarum, Wetzst. *Reiseber. ub. Hauran*, p. 22; de خُثَن s. خُتَّن vid. infra in v. استرس, Abū'l-Fed. p. ٥٠٤ et seq., Vullers I, p. 658^b, memorans 1) regnum, ejusque puellarum formositatem et pannorum subtilium praestantiam, ac Moschum optimum, coll. *N. et E.* XIV, 1, 511, et versu Hāfizi; 2) regni metropolin, allato Herbel. De itinere a fratribus Schlagintweit a. 1856 ex Ladak versus Kotan suscepto, Gosche *Z. d. d. m. G.* XIV, 195; de بلاد الختيان, quae est gens Turcarum, Al-Qazw. II, p. ٣٩٢.

P. ٣٤١ l. 2. Al-Bekrī in v.: خَثْعَم — اسم جبل بالسراة فمن نَزَلَهُ فهو خَثْعَمِيٌّ قاله الخليل والزبير بن بكّار وقال ابو عبيدة خثعم اسم جمل نحروه وغمسوا ايديهم فى دمه حيث تحالفوا فسمّوا خثعم والخثعمة ايضا التَّلَطُّخ بالدم وخثعم هو ابن أَنْمار (l. أَعْثَل). Haec Qām. in v. (p. ١٦٠٦): خَثْعَمٌ كَجَعْفَرٍ جَبَلٌ وأَهْلُهُ خَثْعَمِيُّونَ وابن أَنْمارٍ ابو قَبيلة من مَعَدّ وجَمَلٌ نَحَرُوهُ — وبالكسر الأَسَدُ كالمُخْثَعِم بفتح العين ورجلٌ مُخْثَعِمُ الوَجْهِ مُكَلَّمُهُ والخَثْعَمَةُ تَلَطُّخُ الجَسَدِ بالدَّم وأَنْ يَجْتَمِعُوا فَيَذْبَحُوا ثم يأكلوا ثم يَجْمَعُوا الدَّمَ فيَخْلِطُوا فيه الطِّيبَ فيَغْمِسُوا أَيْدِيَهم فيه ويَتَعاهَدُوا أَنْ لا يَتَخاذَلُوا وعَنْزٌ خَثْعَمَةٌ حَمْراء ولا يقال للنّاقة. Cum his conf. Wüstenf. *Reg.* p. 130, et de Tribu خَثْعَم, supra ad v. بُعْطان et *Add.* ad h. l. I, 224, et *Add.* I, p. 130 et 301. De ارض خَثْعَم vid. item Ibn Hisch. p. ٣١, 4 a f. — Legendum esse أَعْثَل, apparet ex Ibn Dor. p. ٣٠٤ l. 4 a f. In notâ

1ª huic loco in textu nostro appositâ, pro مـا نَـسِـيَـهُ, quod pro مانهٔ legendum proposui, potius cum Wüstenf. l. فـاتـهـ, *effugit eum.* — In Qām. l. l. p. ١٩٠١, 12 etiam memoratur: الخَثْعَمَاءُ ع بالیمامة.

P. ٣٤١ l. 4. De خُجَادَة vid. infra in v. جخادة, et *Add.* ad h. l. (II, 38); de الخَجَا, Al-Bekrī in v., et in v. الـنـجـا. In hac voce, ubi in Cod. Leyd. perperam scribitur نجل pro نجا (quod ergo etiam emendetur infra III, p. ٣٠٠ n. 9), haec leguntur post قـال جـعـدة: الجعدی (الطویل)

سَنُورِثُكُمْ ان التُّرَاث اليكم حبيبٌ قرارات النَّجَا فالمَغَالِيَا

وروی عبد الرحمان عن عمّه قرارات الخَجَا بالخاء المعجمة والجيم الخ. — De خُجُسْتان vid. Abū'l-Fed. p. ٣٣٥, 6 et 7, Lobbo'l-Lob. in v., et Ibn Kallik. N. ٨٣٨ (ed. Wustenf. p. ٩٩, 4 a f.), ubi haec: وخجستان من جبال هراة من قری بادغیس. L. 5 pro سراة Fl.: »num شُراة?"; quam conjecturam verissimam esse liquet ex Al-Ja'qūbīo (in Cod. Muchl. fol. 37 v.), ubi de Praefectis agens Sigistānis, ait: الشُّراة غلبت علیها (i. e. علی سجستان) وکثرت علیها. De hac Sectâ, quae per Al-Magreb et per Orientem late se propagavit, vid. As-Šahrastānī ed. Cur. I, p. ١٣, 2 a f., et Haarbrücker I, p. 21, An-Nawawî, ed. Wüst. p. ٥٨٢, 11, Flügel in conspectu Libri Al-Firist, in *Z. d. d. m. G.* XIII, 621 et seq., et *Add.* II, p. 5.

P. ٣٤١ l. 6. De خُجَنْد, s. خُجَنْدَة (sic Fl. legit pro خجندة), vid. Abū'l-Fed. p. ٩١, 3 a f. (Rein. p. 78), et ٣٩٨ et seq., coll. ٥٠٩ n. 10, Lobbo'l-Lob. in v., et Ibno'l-Atīr ibid. in *Suppl.* p. 83, Ibn Ḳald. in *N. et E.* XIII, p. 258 et seq., Golius ad *Alferg.*, p. 167, Ritter *Erdk.* VII, p. 735 et seq., 745, 750, 754 et seqq., 761, 772 et seqq.; Vullers I, p. 660: »خُجَنْد, nom. oppidi in Mavaralnahr, in quo natus est poëta Kamâl Khog'andi *B.*" Idem l. l. vid. de regione سُغْد. خَجُور. — L. 8 cum Fl. pro اكثر l. اكبر.

P. ٣٤١ l. 11. Qām. in v. p. ٣٩. l. 6 a f. memorat: خَدَّاء عَ. De خُدَّاباذ vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de خِدام سِكَّة in urbe نيسابور, Ibno'l-Aṯīr ap. Veth in *Suppl.* ad Lobb., p. 83. Noster et Al-Moṭṭ. et Lobbo'l-Lob. infra in v. scribunt خِذام; de خُدايداد, fundo Syriae, possessione Abū'l-Façli 'Obaido'l-lah Al-Mīkalī, Praefecti provinciae Al-Fāres, Maecenatis At-Ṭa'alabī, Fl. in *Ber. u. Verhandll. d. K. Sachs. Gesellsch. d. Wissensch. zu Leipz.*, 1854 I, p. 11. — Utrumque خُدَد memorat Qām. in v. l. l. p. ٣٩., 5 a f., transit vero praecedentem vocem خَدَد (ut videtur pronuncianda esse). Pro جعفر, ut supra p. ١٢٨, 10 (ad quem locum vidd. *Add.* I, 261), videtur leg. جُعْفِيّ. Cognomen Al-Kūfae, خَدُّ العَذْراء (*gena virginis*) etiam Qām. tradit l. l. Pro وطيبها in Codd. L. et V. legitur وطينها, quâ voce *lutum* et *argilla rubicunda* intelligitur, et unde urbs nomen acceperit; كُوفَة enim ejusmodi arenarum cumulum designat. Hoc vero quia hîc non in censum venit, et *aëris* maxime *suavitas* spectatur, quam Al-Iṣṭakrī (in t. Ar. p. 46 l. 5 a f., Mordtm. p. 51) celebrat, non dubium est, quin legendum sit وطيبها.

P. ٣٤٢ l. 2. Nomen Tribus عِتْرِيف in v. خَدَعَة, legatur غِتْرِيف, Qām. enim, licet nostram Tribum non memorat, radicem الغترفة affert. H. l. tantum in nostro Libro de eâ fit mentio, neque hanc recenset Wüstenf. *Reg.* p. 172, ubi de *el-Gitrīf* (i. e. العطريف) seniore et juniore loquitur, neque alibi eam allatam vidi. Quia autem Zam. p. ٥٣, 4 et 5 خَدَعَة nuncupat ماء لغنيّ, quocum Jāqūt et Codex Vindob. etiam consentiunt, nullum dubium est, quin pro طيى, h. l., legendum sit غنى. Sic nempe Jāq. Ox.: خَدْعَةُ بفتح اوله واحدة الخدع وطريق خُدُوعٌ اذا كان يبين مرّة ويخفى اخرى وخَدْعَةُ ماءٌ لغنيّ ثم لبنى عتريف بن سعد بن جلّان بن غنم غنيّ. Cum his convenit Jāq. Petrop. hoc discrimine, quod ibi scribitur pro

عنريف, عنريق, et ultima vox عنى (l. غنيّ) deest. Eadem habet Jāq. Berol., recte scribens عنريف et غنيّ (coll. Ibn Dor. p. ١٩٣ l. ult.), sed male pro جلان (vid. Ibn Dor. p. ١٩٩, 2) جدان. — Pro خُدْغَران, ut Nost., Lobbo'l-Lob. enunciat خُدْعُران. — Qām. l. l. p. ٣٩. l. 5 a f.: والخُدُودُ بالصم مخلاف بالطايف. De خَدُورًا vidd. *Add.* ad v. حدرة (II, 171), et de خَدِيسَر, Lobbo'l-Lob. in v., et Abū'l-Fed. p. ٤٨٩, 3 a f., pronuncians خُدَيْسَر; de خُدَيْمَنْكَن, Lobbo'l-Lob. in v., et *Suppl.* p. 83, et de كَرْمِينِيَة, infra in v.

P. ٣٤٢ l. 12. Qām. in v. (p. ١٣٩٣, 1) de خُذَارِف: وكعلابط ماءة مَلِحَة للعرب تُسَلِّحُ شاربها حتّى يُخَذْرِفَ اى يَسْلَحَ ☆. De h. l. vid. Zam. p. ٥١, 9, 10, recte, ut videtur, ماء بنهامة non distinguens a ماء بالحجاز لكنانة, ut Noster judicat. In textu nostro Fl. emendat مَلِحَة in مِلْحَة, quod (ut ait) usitatius (vid. ad p. ٣٣v, 7), deinde تسلّحه (ut in Qām.), in نُسْلِحه, et in n. 4 غلابط (vit. typogr.) in عُلَابِطُ.

P. ٣٤٢ l. 14. De خذام vid. supra ad حذام. Al-Mošt. praeter *plateam Naisābūrensem* ejus nominis, alterum حِذَام affert, واد فى ديار بنى عمدان, et tertium, أسد بن خُزَيْمَة فى نجد. De خُذَاذ vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de خَذْفَذِنة, infra in v. خَلْفَذِنة et غَذْفَذِنة, et Abū'l-Maḥ. I, p. ٥١, 13, coll. ann. ad h. l. in II, p. 21, ubi legitur الغَذْفَذِنة in versu, qui etiam exstat in Al-Mošt. p. ١٨٩, 17 et 18. Aliam scriptionem Noster dictis addit, خَذْخُذُونة. De خَذْمَاء, vico urbis الجوف, Wallin *Z. d. d. m. G.* V, p. 3 et 13.

P. ٣٤٣ l. 1. Dicta de خَذِير sine dubio desumta sunt ex تاريخ اليمن, ab Al-Ganadio conscripto. In Cod. Vind. vox d., in Leyd.

alieno loco est inserta, et Al-Ǵanadīo trita est dictio التحتانية de litterâ ى, ut in v. ريدة, الخنيم, cet.; vid. *Introd.* p. VIII, ubi locis ex eo Chronico sumtis, adde حلْعة et حيطوب. De Tribu *Ka'b ben Abd*, allatâ in v. خذيفة, vidd. dicta in n. 1ª h. l., et in *Add.* ad I, p. ١٦٥, l. 11 (I, 356). Neque خذيفة, neque خذيفة Qām. memorat.

P. ٣٤٣ l. 6. De خراب المعتصم vid. item Lobbo'l-Lob. in v.; de خراب فزارة, in prov. Aeg. قليوب, DE SACY *Rel. de l'Ég.*, p. 600 N. 25, et de خراب زياق, in البحيرة, ibid. p. 663 N. 106; de خرابة قريش, Al-Fāsī ٣٣, 15; de نهر الخراب, in ditione Bānjāsae, SEETZEN I, 338, ROBINS. *Pal.* III, 620; de الخرابة, Al-Bekrī in v., et in v. ضربة. Pro خراجرى, ut Noster, Lobbo'l-Lob. l. l. n. 2, habet خراجر; de خرادين, vid. ibid. in v. — Notio vocis الخرار, l. 9 descripta, Lexicis addatur. Al-Bekrī in v.: الخرار — ماء لبنى زهير وبنى بدر ابنى ضمرة قال الزبير هو وادى الحجاز يصبّ على الجحفة واليه انتهى سعد بن ابى وقّاص بسريّة بعثه بها رسول الله صلعم الخ — وقال السكونى فى موضع غدير خمّ يقال له الخرار — وكذلك قال عيسى بن دينار انه عين بخيبر الخ. Tribûs *Zohair* et *Badr* (qui filii erant Ǵamrae) alibi non vidi memoratas. — De الخرار, s. loco غدير خمّ, vid. infra in *Add.* ad خمّ. Ibn Hisch. I, ٣٣٣, 1, الخرار enumerat inter loca, per quae Propheta transiit, Al-Medīnam migrans, et vid. ibid. I, p. ٣٢٢ et seq., et ٩٧٣, 12 et 13 de سرية سعد بن ابى وقاص. De الخرارة Al-Bekrī deinde: موضع دون القادسية. Locus الخرارات occurrit in interpretatione carminis Al-Moťanabbīi, in DE SACYi *Chr. Ar.* III, 4, ubi, ut et الغبارات, dicitur esse من جبل البشر. De hoc Mesopotamiae monte vidd. supra *Add.* I, 335.

P. ٣٤٣ l. 12. De خراسان vid. Al-Qazw., II, p. ٢٢٢ et Abū'l-Fed. p. ٢٢١ et seq., ubi etiam sermo est de مفازة خراسان, de quo deserto item conf. Ibn Hauq., Al-Içtakrī et vers. Pers. in Möller*i* Diss. *de Libro Climatum*, p. 13 et seq., ac de universâ Ḳorāsāne, Ibn Ḥauq. in textu *Ar.*, et vers. *Angl.* in *Ibn Haukal's account of Khorasan, translated by Major* W. Anderson, in *Journ. of the Asiat. Soc. of Bengal* 1853, N. 2, p. 152-193, et Assem. *Bibl. Or.* III, 2, p. dccxxviii. De nomine الخراسانيّون, titulo *omnium peregrinorum*, qui in Indiâ versantur, Ibn Bat. III, p. 229. De Nominibus Propriis hîc laudd. vidd. voces. Pro قوهستان (p. ٣٤٢ lin. 1), ut scripsi, Nostrum infra in v. secutus, Fl., ut supra p. ٢٥١, 2, legit قُهستان, ut hîc etiam in Codd. exstat. — Ibid. l. 5 pro والوالج, coll. III, p. ٢٧٣, 7 in v. الوالجة, leg. ووالوالج. Jure improbat Fl. ibid. l. 8 وكابولستان, quid vero legendum sit, in medio relinquit. Fortasse l. الرُّوبِسْتان, collatâ infra voce روب, qui locus esse dicitur in tractibus Balk. In Cod. Ox. exstat والروسان (sic), in Jāq. Oxon. legi videtur والرُّوبَسان, in Jāq. Berol. والروبسان, in Petrop. والروميان. Ad verba l. 9 et 10, لانّ — خراسان vid. Blau in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 836, de locis agens, quae olim ad Korāsān*is* Praefecturam referebantur. De تابان خ, s. خُرَاسَانَ, *gladiis*, s. *sicis Ḳorāsānicis*, Seetz. I, 307, 4 et 5, et ad h. l. Rosen in IV, 145.

P. ٣٤٢ l. 10. De خَرَاسكان vid. Lobbo'l-Lob. in v. — Ibi pro nostro خراندين, exstat خراندر, sed. leg. خَرَّانْدِيز. In Jāq. Oxon. et Berol. etiam primum vitiose خراندين, sed deinde affertur ابو العباس محمد بن صالح الخراندينزى; in Petrop. خراندر, et deinde الخراندرى (sic). De مرسى الخرّاطين in Al-Magreb, Al-Bekrī in descr. Afr. sept. ed. Slan. p. ٨٣, 7 et 8. — De الخَرَّانى, monte As-Sūdan*is*, Abū'l-Fed. p. ١٥٢, 5 (Rein. p. 207); de خرائب الغَنْز, loco

Al-Qāhirae, Wüstenf. *Macr. G. d. Copt.* p. ٥٣ l. 4 et p. 125, ٥٨ l. 12 et p. 135; de cast. خرائب ابى خليمة, inter Alex. et Barqam, Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 447 (13), in ed. Slan. p. ۴ l. 6 a f., et ٨, 9, et (ubi agitur de loci situ) ad vers. in *J. A.* 1858 Oct.-Nov. p. 421. De urbe devastatâ, خرائب القوم, non procul ab eo cast., ibid. XII, p. 446 (12), in ed. Slan. p. ۴ l. 6, et infra in n. ad القباب; in Cod. Al-Ja'qūbii fol. 71 r. l. 7 locus vocatur (l. خربة القوم) عصر الشماس او حوله القوم; de الخرائطة, s. Christianis, ita appellatis, habitantibus in urbe أبزو (Abydos), Abū'l-Fed. p. ٢١٣ in v. ابزو (Rein., p. 316 et seq.), et p. ٣٧٩, l. 12.

P. ٣۴۴ l. 3 a f. De 4 locis dictis خَرِب, hîc memoratis, vid. etiam Al-Mošt. in v. et p. 17. Loca a Nostro laudata, omnia idem suo loco descripsit. In his etiam أُبْلَى, quod, scribens *Add.* ad p. ١٩ (I, p. 25) in أُبْلِيّ mutandum esse, opinabar. *Illud* tamen retinendum esse nunc video, non modo quia id quoque in Al-Mošt. legitur, sed etiam quia أُبْلَى situm est in ditionibus *Solaim*itarum, de quibus hîc item sermo est.

P. ٣۴٥ l. 3 sensu postulante pro من leg. بين; duo seqq. loca nempe السَّجَا et الثُّعْل sunt *aquae*. Is locus الخَرِب ابرق in Al-Mošt. ét hîc ét (ut etiam in nostro Libro) in v. ابرق omittitur. De الخَرِب vid. Al-Bekrī in v., et in v. كُراع, ubi haec leguntur: كُراع — منزل من منازل بنى عبس — وقال عمرو بن ابى ربيعة (المنسرح)

طَيْفٌ لِهِنْدٍ سَرَى فَأَرَّقَنِى ونحنُ بين الكُراعِ فالخَرِبِ

والخَرِبُ موضع يلى الغَمِيم الذى ينسب اليه الكُراع فيقال كُراع الغَمِيم الخ, quibuscum conff. dicta infra ap. Nostr. in v. كُراع, et *Add.* II, 97 l. l. — Qām. in v. خرب, p. ٧۴, l. 6: والخَرِبُ مُحَرَّكَةً وبضمّ الراء ع.

P. ٣۴٥ l. 3. Sic Qām. in v. p. ٧۴, 9: وخُرْبى كسكرى ع. De

عمرو بن الجموح, qui in proelio Ohodensi periit, vid. Ibn Dor. p. ٣٧٥, 13, ubi vocatur عمرو بن الجموح الأعرج من الانصار. Hunc et alium virum ejusdem nominis, alterum vero *Ibn Ḥarām*, alterum *Ibn Zeid* memoravit Wustenf. in *Reg.*, p. 74, ac de Nostro vid. Caussin *Essai* II, p. 648; de خَرِبَا in Ḥaurāno, Wetzst. *Reiseber. üb. Haur.* p. 123; de خَرِبْتَا, Abū'l-Maḥ. I, p. ١٠٩, 14, ١١٨, 4 a f., ١١٠, 13, ١٣١, 2 et 11, ١٣٣, 1, ١٥٣, 12, et ١٩٠, 11, ubi de rebus gestis Moḥ. ben Abī Bekr fit sermo, de quo etiam vid. ibid. I, p. ٩٠, 2 a f., ١١٥, 4 et seqq., ١٢٠ et seqq., ١٣٣, 11, et Ibn Qot., p. ٨٧, 6 a f. et seqq., ٩٨, 8 a f. et seqq. *Kiribtā* porro memoratur ap. Al-Ja'qūbī fol. 69 r. l. 6 a f., ubi scribitur خَرِبْتَا, et ut locus البُحَيْرَة occurrit in de Sacy *Rel. de l'Ég.* p. 663 N. 106 (coll. p. 661 N. 39), unde ergo animadvertimus, post Jāqūt*i* mortem (626 s. 1228-9) hunc locum *in Aegypto* tamen notum fuisse, *idemque nomen* ibi gessisse, nam Catalogus ille a. 778, i. e. 1376, sub Sult. Al-Malek Al-Aśraf Śabān, est conscriptus; vid. de Sacy ibid. p. 581, et mea *Introd.* p. xcvi. Nomen خربتا in خربيا saepe corruptum esse novimus ex dictis in *hac* voce. — De خُرْبَرَان, et خُرْوَرَان, quo nomine Persae veteres nuncupabant *provincias* regni Persici *occidentales*, conf. Rein. *Aboulfed.* I, p. ccxxxi. De خُرْبُرْت, Neschrī ap. Noldeke in *Z. d. d. m. G.* XIII, p. 197, 7.

P. ٣٤٥ l. 7. De الخَرِبَة ضربة vid. Zam. p. ٥١ l. 7, ubi in n. *b*, pro الخَرِبَة, ut in Cod., exstat الخَرْبَة. Al-Bekrī haec habet in v.: الخَرْبَة — ارض فى ديار غسّان — الخَرْبَة ايضا موضع آخر فى ديار بنى عِجْل — وخَرْبَة دون الف ولام سوق من اسواق العرب فى عمل اليمامة الخ, quibuscum consentit Qām. in v. p. ٧٣ l. penult. — De خَرِبَة غَسّان, pago Ḥauran*is*, Seetzen I, p. 64, coll. IV, 41. De الثَّنِيَّة in dictis ap. Nostr. de جبل الخَرْبَة, vid. infra in v., et

Al-Mošt. p. 17 in dictis de خربة الهوى, et de Tribu سعد بن ذبيان, in dictis de ماء الخُرْبة, Wüst. *Reg.* p. 389. De القَدْقَدة l. 10, infra II, p. ٣٣٧, not. 9, et de بنو الكَذّاب, Al-Mošt. p. ١٥٣ in v., et p. ٣٦٦ l. 5 et 4 a f., ubi de شباك بنى الكذاب غرب المدينة fit mentio. In Al-Mošt. p. ١٥٣ nomen scribitur الخَرِبة. Hunc locum item memorat Zam. p. ٥١ in fine, et Nost. in v. الغُلَيْب. De خَرِبَة المَلِك (ubi lin. antepen. cum Fl. l. فيهما معادن الزمرّد, quia in L. et V. hîc معادن), vid. Al-Ja'qūbī in Cod. Muchl. fol. 65 v. l. 9 et seqq., et l. 2 a f. et seqq., Al-Qazw. II, p. ١٣٥, Al-Mošt. in v., et Qām. p. ٧٣ l. 9: وخَرِبَة المَلِك كَعَرِجَة ٥ غرب وقْط بها الزُّمُرُّذ. De hoc vid. etiam Quatrem. in *Mém.s sur l'Ég.* II, 135. Quinque loca Aegypti in prov. الشرقية, et unum in prov. مَنُوف, quae affert Al-Mošt. in v., coll. p. 17, memorat item Qām. p. ٧٣, 3 a f., ubi etiam, ut in Al-Mošt., forma scribitur خَرِبَة. In Cat. vero Sacyano (*Rel. de l'Ég.*) خُرْبة; vid. p. 611 N. 186 de خ العَطَف, N. 187 de خ النَّكّارية, p. 612 N. 188 de خ الأَثْل, N. 189 de خ زافر, et N. 190 de خ نَمَا وامّ الفقيه سليمان. Haec loca annumerantur As-Ṣarqījae. Prov.ae Manūf, p. 652 N. 18 شَنَوال الخربة وهى ح, dum Al-M. scribit شَنَوان. In notâ marg. ad Al-M., auctore بدر الدين اسماعيل بن المارداني, alia undecim afferuntur, sita in Palaestinâ, et maximam partem in Libani tractibus, coll. Ann. ad Al-M. p. 17, 1) خ رُوحا بالبقاع, de quâ etiam vid. Rob. *N. B. F.*, p. 559; 2) خ السماك بالشام; 3) خ ساو بالبلقاء, (Rob. *Pal.* III, p. 924); 4) خ الهَوَى بحمص; 5) خ بنى رياح; 6) خ بيصرى; 7) خ الروادف ببعلبك; 8) خ بنى مخروم, et 9) خ قبس الكرك; 10) خ جماعة الفقبان, utrumque in

utrumque بنابلس (ap. Rob. III, p. 867, خربة قيّين, et p. 877 جمّاعين), et 11) خ ' اللّصوص بالحولان, de quo etiam conf. Al-Maqr. in Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* I, 2, p. 62 et 66. De الخربة prope تكريت et هاطرى vid. infra in v. هاطرى; idem locus spectari videtur in Syr.° ܚܪܒܬ ܓܠܝܠ, etiam dicta خربة جليل, de quo vid. Assem. *Bibl. O.* III, 2, p. dcclvi. De خَرْبة الغَزّانة in Haurānitide, Seetz. I, p. 59 (coll. notâ Krusei IV, p. 36, et Fleisch. p. 39), et Wetzst. *Reiseber. üb. Haur.* p. 124; de خربة الصّفا, s. البيضاء خ ' in Haurān., Wetzst. l. l., 62; de خربة جميل, loco prope المهدية in 'Ifrīqīja, At-Tīgānī in *I. A.* 1853 Avr.-Mai, p. 364. Alia complura loca, quae a خربة nomen habent, enumerat E. Smith in Catalogo ap. Robins. *Pal.* III, p. 860 et seqq.).

P. ٣٤٥ l. 3 a f. De خَرْتَبِرْت, Syr. ܫܡܫܢܝ? (Assem. *B. O.* II, Diss. de Monophys. fol. *r*, 3 vers.), vid. in v. حصن زياد (ibiq. *Add.* II, 210), خَرْمَبِرْت et كَرْكَر, Abū'l-Fed. p. ٥٢, 1 (Rein. p. 65), Ibn Kallik. N. ٥٨ in f., et Assem. *Bibl. Or.* II, in Diss. de Monophys. fol. *n*, 3 rect.; de خَرْتَنَك, Ibn Kallik. N. ٥٨. in vitâ Al-Bokārīji, Lobbo'-Lob. in v., Abū'l-Mah. II, p. ٣٦ ibique not. 4, et *Z. d. d. m. G.* IV, p. 6; et Vullers I, p. 669*b*.

P. ٣٤٩ l. 3. Pro خَرْتَبير, ut Nost., Lobbo'l-Lob. in v., خَرْتَبيز, quae lectio etiam memoratur in notâ marg., adscriptâ Cod.[1] Leyd.[1] *hujus* Lexici; vid. n. 1, ubi suffixum in فيه referatur ad subintellectum كتاب الانساب. — De خُرْثِى, loco Kordofānis, S. W. v. Muller in *Sitz.-ber.* 1849 Apr., p. 322; de الخَرْجاء, Zam. p. ٥٣, 10, ubi deinde sequitur mentio de خرجاء عبس ع, de quo vid. n. *d.* De ابرق الخرجاء, supr. p. ١٣, 4, et *Add.* I, p. 18. Al-Bekrī in v.: الخَرْجاء موضع

بين مكة والبصرة وهو منزل وأراه من ديار بني عامر الخ; unde ergo apparet, Al-Bekrīum, nisi Librum cogitat, ubi locum descriptum vidit, per hanc viam transiisse; vid. *Introd.* p. XVI n. *a.* — De جعفر ابن سليمان بن علي, memorato ap. Nostr. l. 6, vid. 'Ibn Qot. p. ١٩., 11 et seqq., Ibn Kallik. N. ٥٩. (ed. Wust. p. ٧., 13), Abū'l-Mah. I, p. ٣٠٣, 3, ٣٧١, 3 et seqq., Wustenf. *Reg.* p. 177, et infra in v. الفريتان (II, p. ٣٠٩, 9).

P. ٣٤٩ l. 8. De خُرْجان, vico Içbahān*is*, vid. Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.* p. 83, ubi nomen scribitur خَوْرْجان. — Pro يفتح (vitio typogr.) l. يفتح, ut observavit item Fl. De الخَرْج vid. in v. حَفْل, et ملحاء, ubi vero Fl.° legendum esse videtur الخزرج, coll. III, p. ٩٨, 2 et 3; quâ de re tamen valde dubito, si nostrum locum confers. Sine dubio cum eo l. 12 pro وادبا, scr. وادٍ بها. De وادى الخَرْج vid. item Zam. p. ٥٣, 2-4, et Abū'l-Fed. p. ٩٧ in v. اليمامة, et ٩٩ in v. الاحساء (Rein., p. 134 et n. 4, et p. 136). Al-Bekrī in v.: الخَرْج قرية من قرى اليمامة والخُرْج — موضع آخر هناك ايضا الخ. Porro ibi mentio fit de الخُرْج من قَرماء, et de دارة, quae ab الخُرْج nomen habet, quod vero in Al-Mošt. p. ١٧١, 8 vocatur دارة الخَرْج. De الخُرْج observatur denique: هو الوادى لا منفذ له. Vox الخُرْج sensu *loculi*, s. *hippoperae* (*valise*) exstat v. c. ap. 'Ibn Bat. ed. Paris. II, p. 454. De Tribu عَدِيّ من تميم conf. in v. مِشْفَر العَوْد (III, p. ١٠٥, 1), ubi تميم وعَدِيّ junguntur. Supra I, p. ٣١٣, 6 occurrit Tribus عَدِيّ التَّيْم, ad quem locum cff. *Add.* I, 495. Pro بكين Jāq. Oxon. recte legit بَكْيَن (non, ut in V. بِكَيْن, s., ut in Berol., بيكبن; in Jaq. Petr. bis, بكين), ut apparet ex carmine كثير ad v. بكمن (sic) in Jāq. Oxon. laudato, Metri الطويل:

أَطْلَالُ وَادٍ مِنْ سُعَادَ تَمَكَّنَ (l. بِبَكَّيْنِ)
وَقَفْتُ بِهَا وَحْشًا كَأَنْ لَمْ تُدَمَّنِ
إِلَى تَلَعَاتِ الْخَرْجِ غَيَّرَ رَسْمَهَا
قَمَاعِيمُ هُطَّالٍ مِنَ الدَّلْوِ مُدْجِنِ

De الخُرْج vid. Al-Bekrī infra ad v. الخُرُوع, et de روضة الخرج بنواحى المدينة, Al-Mošt. ٢١٨, 7 et 8, ac deinde ibid. l. 9 et 10 de روضة الخُرْجَيْن; de خُرْجَلَة in Ḥaurān, Wetzst. *Reiseber. ub. Haur.* p. 23.

P. ٣٤٩ l. 13. De خَرْجِرْد vid. Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.* p. 84, Abū'l-Fed. p. ٣٥٢ et seq., et supra in *Add.* ad v. جام (I, 11). De monte خَرْجُوخ, in Turk., unde Selgūkidae oriundi sunt, *J. A.* 1858 Avr.-Mai, 469. — L. pen. in v. خَرْجُوش l. cum Fl. بنيسابور. Pro خَرْخان, ut Noster, Lobbo'l-Lob. pronunciat خُرْخان, addens, بلد بين نيسابور والرى. De بلاد خَرْخِيز vid. Al-Qazw. II, p. ٣٩٢, et Al-Bākowī in *N. et E.* II, p. 532, Ibn Ḥauq. in *Add.* ad تغزغز (I, p. 482), et Quatrem. *H. des Mong.*, p. 410 et seqq. — Vullers I, p. 671*b*: »خَرْخِير s. خَرْخِيز, nom. urbis in ختا et ختن, e quâ optima moschi species et genus quoddam panni serici affertur *B.*" Idem p. 671*b*: »خَرَّد nom. urbis prope سد ياجوجه, cujus incolae omnes Judaei sunt *F.*"

P. ٣٤٧ l. 1. De duplici خُرّ vid. Al-Mošt., et de عاسم infra in v., ubi ergo pro الخحز l. الخُرّ. Locus الاعراس supra non memoratur. De روضة الخُرّ فى ديار كَلْب, Al-Mošt., ٢١٨, 11; de الخُرّ etiam vid. Al-Bekrī in v., et in v. الامرار. — Vullers I, p. 675*a*: »خَرَز, »nom. urbis *B.*"; videtur hîc spectari مرسى الخَرَز, ab oriente Bonae (بونة), de quo vid. Abū'l-Fed. p. ١٣٧ in v. باجانة, et ١٤١ in v. بونة (Rein. p. 191 et n. 2, et p. 194), Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 510 (76), in ed. Slan. p. ٥٥ l. 12

et seqq., et p. ٨٣ l. 17. Noster supra in v. بونة, et infra in v. مرسى الخرز, ibiq. not. 5, et Lobbo'l-Lob. in v. الخرزى. — Qām. in v. خرز (p. ٧٠٨ l. 2): الخرزة محركة ماء لفزارة. De خرزويل vid. Dorn *Moh. Quellen* IV, ٣١٣, 12 (ubi jungitur cum منجيل, et sic etiam IV, ٣٢٧, sed ibi خرزوبيل exstat), et ٣٠٣, 2; — de الخرزيطة, loco in تاريخ صقلية memorato, Amari *Bibl. Sic.*, p. ١٩٩, 5; de خرس loco prope Al-Baçram, ob aëris temperiem suavem celebrato, v. Hamm. in *Z. d. d. m. G.* IX, p. 387, verba reddens *At-Ṭa'alibīji*. De نهر خرزة vidd. dicta in *Add.* II, p. 114, l. 13, ubi pro جرزة l. خرزة.

P. ٣٢٧ l. 7. Opinatur Wüst. scribendum esse pro خرستاباد (quod Noster monet), خرساباذ, et verba والتاء فوقها نقطتان (l. 8) esse delenda. Haec vero verba in Cod. Oxon. Libri nostri, ubi nomen خرستاباد in Articuli initio omissum est, leguntur, et in Cod. Cant. eadem exstant, et خرستاباد in initio et fine sic scribitur, eamdemque scriptionem in Jāqūti Codice Mozulensi Layard videtur legisse, (vid. *Niniveh u. seine Ueberreste* I, p. 84) memorans juxta formam *Khorsabad*, *Khischtabad*, ubi porro, teste Jāqūto, traditur, Arabes eum locum expugnantes, multas ibi opes reperisse. Sine dubio ergo nomen hodiernum *Khorsabād*, in ore vulgi ex contractione nominis *Korsatūbād* (throni locus) ortum est. Ex eodem loco Layardi porro apparet l. 10 pro بئر عون, legendum esse صرغون. Urbis nomen ibi scribitur *Sarauhn* s. *Saraghun*. Hanc lectionem Fl. item suasit, coll. *Z. d. d. m. G.* V, 524, ubi Rödig. de Rawlinsonis diss. de inscriptionibus Assyriae et Babyloniae exposuit, receptâ in *the Journ. of the R. Asiat. Soc. of Gr. Britain and Ireland*, Lond. 1849, vol. XI, p. 401-483. De hac urbe صرغون vid. Noster infra in v. — De خرستا, pago prope Damascum, v. Kremer *Mittel-syr.* p. 169 et 190, et *Ausfl. nach Palm.* p. 15 (*Sitz.-ber.* II Bd.).

P. ٣٢٧ l. 10. De الخرسى vid. infra in v. مربعة الخرسى, et

nota ibid., et de قلعة خرسك, Dorn *Muh. Quellen* IV, p. ٢١٩, l. — Locum خَرْشان Zam. et Qām. transeunt. Al-Bekrī in v.: خرشاف ذكره ابو بكر ولم يحدده ۞. — De خَرْشَكَت, Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.* p. 84, et Abū'l-Fed. p. ٣٨٧, 8-10; de خَرْشَنَة, infra in v. لُفان et عاوة, Ibn Kallik. N. ١٥٢ sub fin., Abū'l-Maḥ. II, p. ٣٣٩, 1, Al-Motanabbi in vers. v. Hamm. p. 227 in n. 3, p. 228, 232, 281, Lobbo'l-Lob. in v, de Sacy *Chr. Ar.* III, p. 43 et seq., Freyt. *Hist. Hamdanid.* in *Z. d. d. m. G.* XI, p. 188, et 190 in n., et 193. Est Veterum *Charsianum castrum.* — Vullers I, p. 577a: »خَرْشين, nom. tribus cujusdam Afghanorum."

P. ٣٤٨ l. 2. De خَرْطَط vid. etiam Lobbo'l-Lob. et *Suppl.* p. 84, ubi alterum pagi nomen, non ut hîc خَرْط, sed teste Ibno'l-Aṯīro vocatur خَرْطَطَة. — De الخرطلة conf. Abū'l-Fed. p. ٣٦٣ in v. شَبْبَر. — Al-Bekrī in v.: الخُرْطُومَتان — شعبتان فى ديار بنى اسد الخ. De خُرْطُوم, urbe Sennāris, Leps. *Br. a. Aeg.*, p. 156 et seqq., et *Add.* supra I, p. 262. — De خَرْعُون vid. Lobbo'l-Lob. in v., ubi scribitur خُرْعُون, in uno tamen Cod. et apud Ibno'l-Aṯīrum, ut apud Nostr., خَرْعون; vid. *Suppl.* p. 84. De خَرْعانْكَت, pago Bokārae conf. item Lobbo'l-Lob. L. 8 cum Fl. l. وخرغانكث.

P. ٣٤٨ l. 9. Qām. item in v. p. ١٣٦٦, 1 affert: خَرْقاء ع, et de Muliere hujus nominis conf. Ibn Kallik. N. ٥٣٤. De pronunciatione locorum, quae خرقان dicuntur, non consentiunt. Pagum Bistāmi, ut pagum Hamadānis, Al-Mošt. enunciat خَرْقان, Lobbo'l-Lob. vero خَرْقان, et Al-Qazw. II, p. ٣٤٣, 18, خُرْقان; Qām. in v. p. ١٣٦٥, 4 a f.: وكسحبان خَرْقان بِبسْطام وتَحْريكُهُ لَحْنٌ وبتشديد الراء ة بهمذان. Hamadānensis pagus porro vocatur خَرْقانيْن, in *J. A.* 1857 Oct.-Nov. p. 265.

Pagum Samarqandae, quem Nost. appellat خَرْقان, in Lobbo'l-Lob. خُرْقان effertur. Al-Mošt. deinde addit: دِه خَرْقان باذربيجان, et الخَرْقانية من قرى مصر. In Catal. Sac. in *Rel. de l'Ég.* non memoratur, sed de خرقان Aderbaigānis, vid. Dorn *Muh. Quellen* IV, ٣٩٨ in f., ٤٥٩, 9, ٤٩., 2, et de خَرْقان, s. خَرَّقان, nomine urbis تبريز, infra in *Add.* ad v. دخمنخيرجان.

P. ٣٤٨ l. 13. De خَرَق, pago Merwensi, vid. etiam Lobbo'l-Lobāb in v. L. 14 pro خُرْو cum Fl. l. خَرَه, ut recte Qām. De literarum ق et ه permutatione vidd. dicta ad p. ١٣, 17 (*Add.* I, 20), et ad ١٥٥, 6 (I, 333 et seq.). — Vullers I, p. 678^b: »خَرَك — 12), nom. pagi 4 parasangas ab urbe Shîrâz *B.*" — De خَرَه كُرْد, s. خَرَكُرْد, eodem oppido, quod خرجرد, vid. supra, et Abū'l-Fed. p. ٤٥٣ in v. خرجرد; de خَرْكُوش, Lobbo'l-Lob. in v.

P. ٣٤٨ l. 17. Pro ناح in v. الخَرْماء, Wüst. legendum esse docet ناج, ut exstat apud Ibn Dor. p. ١٩٣ l. 11, quocum conf. etiam *Reg.* p. 39 l. 1, et p. 47 in v. *'Adwân*, ubi auctoritatem secutus *An*-Nowairī, tradit, 'Adwân*um* cognomen esse Hârith*i ben* Fahm. Aliter vero de eâ re exposuit in *Geneal. Tabell.* D 8, ubi فهم بن عمرو est frater τοῦ عمرو بن حارث, et عبس بن ناج, ut ap. Ibn Dor. p. ١٩٣, omittitur inter filios Nāgi, cujus duo tantum memorantur عمرو et رُقَم. Quae حارث fecisse fertur in *Reg.* p. 47, Ibn Dor. p. ١٩٢, 3 a f. tribuit ipsius avo قيس بن عَيْلان, patri Amri modo dicti. Cum *An*-Nowairīo consentit *At*-Tibrīzī ad Ḥamās. p. ٢٤٤ l. 5 a f., scribens: وفَهْم وعَدْوان اخوان. Rem in medio relinquit As-Sojūtī in Lobbo'l-Lob. in v. العدوانى: عدوان قبيلة من قيس فَهْم بطن من قيس عيلان, et in v. الفهمى: عيلان. — Al-Bekrī in v.: الخَرْماء — عين بالصفراء لحكيم بن نصلة الغفارى الخ.

P. ٣٤٨ l. 3 a f. De خُرَّمَابَاذ vid. Al-Mošt. in v., ubi praeter duos pagos hîc obvios, duo alii memorantur; alter: من قرى مرو قريبة, alter: من البلد متصلة بأرْبَقَاباذ, alter: من قرى طبرستان. Pagum Balkensem affert Lobbo'l-Lob. in v. — De اربقاباذ supra apud Nostr. mentio non facta est, neque etiam de البقعة, quod mox in v. خُرْمان adducitur. Jāq. Berol. pro eo scribit بقعة s. بقعة. Eam vocem formam *dualis* habere liquet ex Zam. p. ١٢٥, 2. — Qām. in v. (p. ١٩٠٨, 4 a f.): وأُمّ خُرْمانَ ع (coll. *Add.* I, 166). Jāq. Oxon., coll. Petr.: خرمان جبل على ثمانية (من adde cum Petr.) البقعة التي يحرم عنها اكثر حاج العراق. De خُرْمان vid. Al-Fāsī ١٣٩, 3 a f., et de الخُرْمانيّة, ibid. ١٣٣ in f. — Pro خرمتين, ut exstat in ed. Wüst. Ibn Ḳallik. N. ١٨٩ in initio, leg. خَرْمَيْثَن, ut recte legitur in ed. Slan. p. ٣٣٤ l. 4 a f., de quo loco conf. infra in v., ubi in nostris Codd. idem vitium est commissum. — Ibn Ḳallik. haec ibi tradit: قرية من ضياع بخارا من أُمّهات قراها. De eo vid. item Al-Qazw. II, p. ١٩٩, 2. Lobbo'l-Lob. in v. pronunciat خُرْمِيثَن.

P. ٣٤٩ l. 4 in v. خرملاء pro الغربية Fl., ut supra p. ١٣١, 13, opinatur الغُرَّيْة legendum esse, quod sane verisimillimum, licet et hîc Jāq. Ox. Petr. et Berol. الغربيه habent. Pro خُرَّم Al-Bekrī in v. scribit: خُرَّم — موضع بالكاظمة ☆. Qām. p. ١٩٠٨, 5 خُرْم habet. Ad explicandam vocem أَنْوَاق l. 5, collect. τοῦ نُوف, confer dicta Al-Bekrīi, allata supra in *Add.* ad v. تنوف (I, 501, 502), explicantis نوف verbis وهو ما عملا من الارض, quae Lexicis addantur. L. 6 ad dicta de خُرَّم pro السرور Fl.: » fortasse (ait) السرور ab ipso Scriptore profectum, sed verum est المسرور, nam خُرَّم persice *laetus*, *hilaris*, *amoenus* est,

خُرَّمِى *laetitia, hilaritas, amoenitas.*" De بابك الخُرَّمِىّ vidd. *Add.* I, 17, 80 et 278; de بابك الخُرَّمِى نذا, de quo loquitur Abū'l-Fed. p. ٣٨٧ in f., conf. infra III, p. ٣٠٧ n. 3. De seq. خُرَّمَة, infra in v. سكر فناخسرو خره (II, p. ٤٠, 4), et Al-Bekrī in v., ubi haec notavit: موضع من ارض فارس الخ. De حبال الخُرَّمِيَّة conf. 'Ibn Ḥauq. in Diss. Uylenbroekii, p. 7 l. 9 a f. et seqq. (M. 2). — Vullers I, p. 680b: » خُرَّم nom. viridiarii vel loci amoeni, ubi etiam mons est, qui ad singula, quae quaesita sunt, respondet, quemque Persae et Graeci de loco, ubi Alexander sepeliendus esset, consuluisse narrantur *F.*" — De خَرْمِيغار, urbe Tokāristānis, Al-'Idrīsī I, p. 481.

P. ٣٤٩ l. 10. De dictis in v. خِرِنْبَا (male scriptâ pro خِرِبْنَا) vid. supra in *Add.* ad *hanc* voc. (II, 316); de خَرَّن, Lobbo'l-Lob. in v., et de الخَرْنِق Al-Bekrī in v.: قال موضع بين ذات عِرْق والبصرة عمر (عمرو l.) بن ابى ربيعة

(المتقارب) وكيف طِلابى عرافيَّةً وقد حاوَزَتْ غيرُها الخَرْنِقَا

وزعم بعضهم انه اراد الخَوَرْنَق وقال ابن جابر البِرْزامى فجمع الخَرْنَق (الطويل)

أيُوعِدنِى الحجّاجُ أنْ لم أُمِمْ له بسيرافَ حَوْلًا فى قتال الازارق

وان لم ارِدْ ارزاقَهُ وعطاءه وكنتُ امْرَءًا صَبًّا باهلِ الخَرانِق

وقال الخليل الخرنق اسم حَمْة او حوض وانشد (الرجز)

ما شرِبَتْ بعد طوىّ الخُرْبُق بينَ عُنَيْزاتٍ وبين الخَرْنِق

من بَلَلِ عيرُ النحاء الأدْفَق" هكذا انشده بعد طوىّ الخُرْبُق بالخاء المضمومة والراء المهملة والباء المعجمة بواحدة مضمومة ايضا وهو موضع وانشد غيره طوىّ الكرنق بالكاف الخ.

De Poëtâ عمرو بن ابى ربيعة vidd. *Add.* supra II, 315; et Zam.

p. ١١٥, 2 et 3, et p. ١١٤ not. *d* sub fin. — De خَرْنُوب, prope Bānjās, Seetz. I, p. 337, Robinson *N. B. F.* p. 54, et de arbore hujus nominis, etiam dictâ الخَرُّوب, Vullers I, p. 683ª, et quae mox sequuntur in seq. voce.

P. ٣٤٩ l. 14. Voce الخَرُّوب designatur arbor campestris spinosa, *Ceratonia siliqua*, de quâ vid. Ibn Bat. I, p. 128, Ibn Ijās in Arn. *Chr. Ar.* p. 65, 3 a f., de Sacy *Rel. de l'Ég.*, p. 133, Robins. *Pal.* III, p. 272 et seq., Rödig. ad Wellsted *R. in Arab.* I, p. 121 n. 166, et Freyt. in Lexico Arabico in voce. Collatâ formâ الخَرْنُوب explicatur insertio Taśdīdi. De خَرُّوب, a Nostro allato, Al-Bekrī eadem in v. tradit. De الخُرُّوب, monte prope بَيْرُوت, vid. Quatrem. *H. d. Sult. Maml.* II, 1, p. 63; de قَلْعَة ابْن خَرُّوب, prope طَنْبَجَة, Al-Bekrī *N. et E.* XII, p. 565 (131), in ed. Slan. p. ١٠٩, 5 a f. et seqq.; de الخَرُّوبَة, prope عَكَّا, Ibn Kallik. N. ٥٢٧, Al-Maqrīzī in Arn. *Chr. Ar.*, p. 172, 5, Ibn Bat. I, p. 111 in f., Quatrem. l. l. I, 2, p. 236, et II, 2, p. 91; de مَرْسَى الخَرُّوبَة, in Al-Magr., Al-Bekrī in Afr. desc. ed. Slan. p. ٨٣, 13; de خَرُّوت, pago Haurānis, Seetz. I, p. 190; de رُسْتَاق الخَرُّوج بِمَكْرَان, infra in v. راسك; de مَحَلّ الخَرُّوج, in terrâ Jem., Qotb. ٣٩٤, 14 et seq.; de خَرُّود سُفْلَى, in prov. Hamadān., *J. A.* 1857 Oct.-Nov. p. 265.

P. ٣٤٩ l. 3 a f. De خَرُّو الجَبَل vid. Al-Mošt. in v., et Lobbo'l-Lob. in v. et *Suppl.*, p. 85. Al-Mošt. praeterea memorat خَرُّو prope Naisābūr. De خَرُّور Lobbo'l-Lob. in v.: قَرْيَة بِخْوارِزْم. Hanc ob causam, et quia وادى خوارزم alibi non memoratur, pro من وادى lege, ut in Jāq. Petrop., من قُرَى. *Kowārezm* enim praeter Ġaihūnum multos quidem habet canales, de quibus v. c. vid. Al-Idrīsī II, p. 190, et Al-Iṣṭakrī in text. Ar. p. 116, 11 et seqq. (Mordtm. p. 127, 5 a f. et seqq.), nullum vero, qui *Al-Wādī* per excellentiam vocatur. Hanc lectionem confirmat etiam Jāq. Oxon., ubi haec: من قرى خوارزم من نواحى

سَاوكان. Cum hoc Cod. item leg. ap. Nostr. ساوكان; vid. infra in v., dum شاوكان deinde affertur, ut قرية بخارا. Jāq. Berol. tantum habet من قرى خوارزم.

P. ٣٤٩ l. ult. Pro خَرُورَنْج, ut Noster sine dubio scripsit, Lobbo'l-Lob. in v.: خَرُوزَنْج قرية ببلخ. De خُرُوص, pago, olim cast., v. Kremer *Beitr. z. Geogr. d. Nördl. Syr.*, p. 17; de خَرُون, Al-Ja'qūbī fol. 39 v., 6 a f.; de وادى الخُرّة, haud procul a بُواط, An-Nābolosī, p. 13. Vullers I, p. 685^b: »خرء أَرْدَشير nom. partis regni persici quinquepartiti, de q. v. s. خرء, 2) *B.*; 2) et خُرّهٔ اردشير nom. urbis ab اردشير, i. e. بهمن بن اسفنديار conditae; *B.* Gl. Sch.; conf. اردشير خرّه." De divisione illâ regni Persici vidd. *Add.* supra I, 76.

P. ٣٥٠ l. 2. De الخُرَيْبة, Zam. p. ٥٥ l. ult. et ibid. n. *d*, Lobbo'l-Lob. in v. (locum nuncupans محلّة بالبصرة), et Al-Mošt. in v. praeter nostrum locum duo alia hujus nominis loca adducens: 1) الخُرَيْبة خُرَيْبة الغار حصن (2, ماءة بقرب القادسيّة قادسية الكوفة بساحل الشام. De loco a Nostro allato, sic Al-Bekrī (Cod. Leyd. p. 282): الخُرَيْبة — من اعمال البصرة معروفة سمّيت بذلك لانّ المرزبان ابتناها قصرًا ثم خَرِبَ فبناها المسلمون وسمّوها الخريبة ☆; et ante idem (sec. Cod. Leyd. p. 279) خُرَيْبة موضع بالبصرة يسمّى بُصَيْرة الصُّغْرَى ☆, cum quo loco conf. Zam. loco modo laud., et Qām. ibid. allatum. De مَرْزُبان, titulo Satraparum Persicorum, vid. Caussin *Essai* II, p. 138, 187, et III, 472; de المُثَنّى بن حارثة, *Add.* I, p. 352, et de universo loco Libri nostri, Koseg. ad *Ann. Tabar.* III, p. 158. — De خُرَيْبط, pago in ditione Rāšajjae, Seetz. I, p. 331 et Robins. *N. B. F.* p. 752; de خُرَيْتون, sec. Robins. עֶרְלָם, idem *Pal.*

I, p. 394, 398 et seq., 409, Seetz. II, p. 222 et seq., Tuch in Comment. de *Μαισαλὼθ ἐν Ἀρβήλοις*, p. 5.

P. ٣٥. l. 8. De الخُرَيْبِيّ Qām. p. ٥١١, 3 a f.: والخُرَيْبِيّ كُرَيْبِيّ مَنْهَلٌ بأجَأ. L. 10 in v. الخُرَيْبِزَة, in verbis ماء بين الحمص والفرات pro حمص (quo nomine urbs Himç intelligi nequit, quae numquam cum *Articulo* scribitur), lege الحَمَص, de quo vid. supra I, p. ٣٢. l. ult., ubi tamen etiam *Art.* deëst, sed conf. Jāq. Oxon., ubi haec: خُرَيْبِز تصغير الخُرْزة آخره زاى ماءة بين الحمص والغزاه. Jāq. Berol. ultima sic: ماءة بين الحمص والفرات. Petrop.: بين الحمص الخ. Puteus a colle videtur dictus esse, qui a formâ, quam referebat, الخُرَيْزة appellabatur. Haec vox nempe deminut. est vocis الخُرْزة, quae designat *instrumentum*, *quo* Sutor calceum consuendum *perforat*, quod nomen, in *Syriâ*, ut videtur, usitatum, in *ipsâ Arabiâ* (ut docent dicta ad الاشافى I, p. ٩٥, 8 in *Add.* I, p. 111), cum اشْقَى permutabatur. E. Bocthor *Dict. Ar.-Franc.* in v. *Alène*, nomina مِخْرَاز et مِخْرَز affert. Ab eo autem instrumento supra (I, p. ٩٧, 4 a f) duo *colles acutae cuspidis* formam referentes, similiter appellantur الأشْقَيان, et ٩٥, 8, *Wādī*, qui istud nomen acceperit ab uno aut pluribus ejusmodi collibus, in eo sitis.

P. ٣٥. l. 11. Al-Moŝt. in v. duo loca nominis خُرَيْم affert, alterum *clivum*, a Nostro memoratum, non procul ab urbe Al-Medīnae; alterum *aquam* Al-Qādesījae. — Al-Bekrī in v.: الخَرِيص جزيرة فى البحر معروفة ☆; de الخَرِيطة idem loquitur in v. et, ut ibi monet, in v. الستار, ubi tamen in Cod. Leyd. de eâ nihil exstat. De الخَرِيطة vid. Nost. in v. الشراة. De خرار Lobbo'l-Lob. in v.: ناحية قرب نَسَف. De وَخْش vid. in v.

P. ٣٥١ l. 1. De خَزَاز et خَزَازَى vid. in v.: الانعم, الحزم, et

المهاجم, et *Add.* I, p. 169, Zam. p. ٥٣ in f. et seq. et n. *d*, et de خزازى, p. ٥٥, 3; porro *Z. d. d. m. G.* X, p. 434, in primis Al-Bekrī in v. خزاز, ubi multis de hoc monte exposuit, quem locum integrum edidit Wüstenf. in Annot. ad Reiskii *Hist. Regnorum Arab.*, p. 183 et seqq., ubi p. 183 l. 2 a f. pro رفذنا l. رَفَدْنَا (perperam in Cod. Leyd. عدنا), ut etiam exstat in Arnoldi *Septem Mo'allakât* p. ١٣٩ in versu ٩٨, ubi quoque pro خزاز legitur خَزَازَى. Pro أَمَرَة (in loco Al-Bekrīi ap. Reiske l. l.) p. 183 in fin., et p. 184 l. 6, quod W. pronunciat *Amara*, secutus Al-Bekrīum in v. أَمَرَة; Noster p. ٩٣ l. 3, habet أُمَرَة. Juxta formas خزاز et خَزَازَى, Al-Bekrī tertiam formam affert l. l. p. 184 l. 18, خَزَازِ, ubi legitur وخزاز مثل قَطَامِ, quod non (ut p. 186 l. 7) ad formam fa'âl (فَعَالٌ) est referendum. P. 184 l. ult. denique mentio fit τοῦ له ماء لغنى يقال خَزَازَة. De يوم خَزَاز, quem Noster memorat, s. proelio a. 492 p. C. n. commisso, vid. Caussin *Essai* II, p. 272 et seqq., et Freyt. *Arab. Prov.* III, p. 560. — De Tribu خُزَاعَة vid. 'Ibn Kallik. N. ٥٥٧ in init., et Wustenf. *Reg.* p. 136.

P. ٣٥١ l. 7. Al-Bekrī in v.: خُزَاز — موضع فى سواد اصفهان الخ, quibuscum conff. dicta 'Ibn Kallik. N. ٣٤ in f., ubi خُزَاز dicitur esse راوند وهى قرية من قرى قاسان بنواحى قرية مجاورة لها اصبهان. De خُزَاق (*Khouzakh*, qui est *K'amots*) in Turkist., ut exstat in Armenorum itinere ad Hūlagūum, conf. *J. A.* 1858 Avr.-Mai, p. 469. — De خَزَالَى vid. in v. الخَنْفَس. — Qām. in v. خزم, p. ١٩٩, 13: والخَزَّامُ كشدّاد — وسُوقُ الخَزَّامِينَ بالمدينة م; et p. ١٩١, 2: وكغُراب واد بنَجْد. — Al-Bekrī in v.: خزام بكسر اوله — موضع تلقاء ناصفة مذكور فى رسم ذات هام هكذا نقلته من كتاب اسماعيل بن القسم ومما يدلّك انه متصل بصوائف قولُ الشاعر

(الكامل) اقوى فعرى واسطَ فيرَامُ من اهله فصوائقٌ فخِرَامُ الخ. Porro Al-Bekrī memorat etiam formam خُزام. In v. ذات هام in versu Poëtae الجَعدى (M. الوافر), sic idem: عدونَ من النواصف أو خِزامِ ۞ خزام قبل ناصفة. — De وادى الخُزامَى vid. Diw. 'Imro'l-Qais ed. Slan. p. ۲. l. 7, coll. p. 33 et 75.

P. ۳۵۱ l. 9. De خُزَانْد vid. Lobbo'l-Lob. in v.; de حصن الخَزَان in Siciliâ, Amari *Bibl. Sic.* p. ۴۴, 2 (Jaub. II, 91), et *Carte comparée*, p. 33 in v. *Charse*; de خزانة البنود, Ibn Kallik. N. ۱۹۵ et N. ۴۸۲, quibus locis sic describitur: هى سجن بالقاهرة.

P. ۳۵۱ l. 11. Pronunciandum est خَرَب, ut Qām. significat in loco n. 7 allato. Istud vocab. خَرَبٌ non differt a خَزَف, i. e. *opus figulinum*, quod denotatur item voce دن, i. e. دَنٌ, olim margini adscriptâ, et in L. et V. post vocem خزبان textui male insertâ; vid. n. 8. De خَزَفٌ vid. item Ewald in *Abhandlungen* I, p. 25. Al-Bekrī vid. in v. السيسَجان — بلد قال الطائىّ (الطويل) السيسجان et خُزْبان, ubi haec: فقُلْ لِمُلوكِ السيسَجانِ ومن غدَا بأَرّانَ او خُزْرانَ غيرَ مناشدِ ورواه ابو عَلّ (?عَلِيّ l.) ابو (او l.) خُرْبان غير مشاهد بالخاء المعجمة والراى بعدها باء معجمة بواحدة ۞.

P. ۳۵۱ l. 11. Pro خَزَبَات Qām. p. ۷۵, 5 scribit: الخَسْزَبان — مَعْدِنُ الذَّهَب; Zam. p. ۵۴, 5 habet: خَرْبَة معدن; Al-Bekrī in v.: خَزْبَى موضع تلقاء مسجد القبلتين الى المَذاد فى سند الحرّة وهى دار بنى سلمة من الانصار فسمّاها رسول الله صلعم صالحة وخُزْبَى روى ذلك الزبير بن ابى بكر الخ. Qām. vero sic (p. ۷۵, 5): كَخُبْلَى منزلةٌ كانت لبنى سَلْمَةَ فيما بين مَسْجِدِ القِبْلَتَيْنِ

الى المَذاد غيّرها النبى صلعم وسمّاها صالحة تفاؤلا بالخَرَب. De المَذاد vid. Nost. infra in v., qui vero صالحة et مسجد القبلتين omittit.

